



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Jacobi Alvarez de Paz Opera

De Vita Spirituali, Eivsque Perfectione - Libri quinque

Álvarez de Paz, Jacobo

Lvgdvni, 1611

Pars IIII. de Substantia, fine, & officio vitæ contemplatiuæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77833](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77833)

cretionem illustratus, moderatum, & virtutibus subditi accommodatum, considerat.

Magna profectò sunt hæc, quæ in fratribus coadiutoribus exoptantur. Ex quo se non tam religiosorum famulos, quam veros religiosos esse, & homines Deo consecratos, intelligent. Sed mirum est valde, quòd multitudo fidelium tantis virtutibus non impletur, imò præter istas aliam efflagitat. Vnde Lucas subdit, Et elegerunt Stephanum, virum plenum fide, & Spiritu sancto, & Philippum, & Prochorum, & alios, quos statuerunt ante conspectum Apostolorum, ut eis manus imponerent.] Ultra prædictas qualitates, fidem, hoc est, fidelitatem, exposcunt, quòd isti fratres sibi persuadeant, se fidelissimos, tum in rebus administrandis, tum in cura ædificationis, ac in desiderio boni spiritualis religionis esse debere. Hoc verò non erit ipsis difficile, si Basilij animaduertant documentum; se in huiusmodi muneribus, non tam hominibus quam Domino ministrare. Sanè cū ij (ait) tū reliqui omnes, qui aliud quoduis vile ac

necessarium fratribus munus ministrat, eiusmodi & animum adhibere, & studium debent, proinde, quasi non hominibus, sed Domino ipsi ministrent, qui pro incredibili sua bonitate, delata iis qui se ipsi consecrarunt, honorem ac studium perinde habet, quasi ea ipse accepisset, & pro his cælestis se regni hæreditatem daturum promittit.] Itaque frater licet te prælatus auctoritate præcellat, literatus scientia, prædicator arte benè apteque dicendi, sacerdos ordine ac dignitate sacerdotali, sed fidelitate in tuam religionem, nemo te superet. Sciant vniuersi religiosi te zelare pro domo Dei, & pro disciplina religiosa seruanda: nulli incommodum timere, nullius vultum aut auctoritatem vereri. Sciat, qui domo exit vel ad confessiones audiendas; vel ad personas visendas, vel ad quoduis opus peragendum, socium secum habere zelatorem boni communis, qui nihil non occultandum celabit, qui nullis minis, vel precibus aliquid contrarium statui religioso fieri permittet.



PARS QUARTA

De substantia, sine, & officio vitæ contemplatiuæ.

VITAE contemplatiuæ tractatio, omnia quæ ad studium contemplationis pertinent videtur exigere, Sed aliud est Speculando eius naturam inquirere, aliud verò mentem ad contemplationem dirigendo, huius varias species edicere, & rationem contemplandi, & fructum ex contemplatis eliciendi demonstrare. Illud nunc nos tractare volumus, quod proprium est huius, quam scribimus, disputationis: istud autem in postremam istius operis partem, ubi propriam habet sedem, reuicemus.

De duplici vita contemplatiua, & de qua illarum in sequentibus tractandum.

CAPVT XXVII

VITA actiua ad vitam contemplatiuam transitu facimus, quæ inter partes spiritualis vitæ, secundum, ac veluti mediū locum obtinet. Animus enim tanto conatu ab amore creaturarum auulsus, & tot laboribus sanctarum actionū purgatus, quid aliud cupit nisi Deum suum, oculo supernaturalis luminis, intueri, & mysteria cælestia contemplari: Hoc autē præstat vitæ spiritualis ea pars, quæ vocatur contemplatiua; cuius munus est (vt statim dicemus) mentē rebus terrenis & curis sæculi huius exemptā, choris Angelorum inferre, & vsq; in Domini solium penetrare. Istius vitæ contemplatiuæ duos fuisse, atque ex parte esse modos, siue rationes, nemo est qui ambigat. Altera est illorum, qui eremi secreta petentes, sine prælato, sine eiusdem propofiti sociis, imò & sine aliquo teste, in antris atq; speluncis delitescentes, assiduæ meditationi & cōtemplationi vacabant. Quales fuerunt, Papli, Antonij, Hilariones, Pachomij, Macharij, Arsenij, Simeones, & alij quā plurimi, qui Spiritu sãcto interius mouēte, hoc institutū, ac vitæ genus aggressi sunt. A quo, nec fragilis mulierū sexus abhorruit, cūm legamus Mariā Egyptiacam, Pelagiam, Theoctistē, & alias nō paucas feminas in eremi abdita secessisse, & fo-

las sine comite, cateruas dæmonum expugnasse.

Alteri, illorum, qui in cœnobiiis, sub cura prælati, consortioque multorū, in cellulis suis commorantes, & ab omnibus externis occupationibus sequestrati, oratione & contemplatione pascuntur. Cuiusmodi fuerunt Basilij, Benedicti, Brunones, Bernardi, Hieronymi, Augustini, & vniuersi, qui istorū genus vitæ sequentes, vitā quietam, ac omnibus mūdi curis exolutam, aut coluerunt, aut colunt. Quam viuendi rationem vniuersæ religiose scemina, tamquam faciliorem, & muliebri fragilitati aptiorem, nostris temporibus professæ sunt. Illam priorem viuēdi rationem, anachoreticam, hanc verò posteriorem cœnobiticam, vocauit antiquitas, eis ab ipso instituto appellationem tribuens. Nam Anachoreta, illū qui ab aliis secedit, cœnobita verò eū, qui in monasterio viuit, designat.

Vita contemplatiua, quæ in solitudine sine prælato, sine socio, & sine teste transigitur, paucissimorū est, & magnis periculis, atque incommodis nō caret. Si enim aliquibus cōgruit, illi profectò sunt, qui diu in cœnobiiis versati, & in omni genere mortificationis exercitati, ac vniuersis instructi virtutibus, inspirante Deo, & prælato annuente, ad eremum confugiunt, vt in carne mortali Angelorum vitam imitentur. Sicut autem pauci admodum sunt, qui ad hanc mortificationis, ac omnium virtutum abfoluionem perueniant, ita multi esse non possunt, qui ad hoc vitæ genus amplectendum inueniantur idonei. Prorsus paucorum est (inquit Beatus Laurentius Iustinianus qui humano destituti solatio, quoad vixerint, lauda-

Laurent.
Iustin. lib.
de vit.
solu.

biliter

1. Cor. 2.
11.

Cassian.
col. 18.
c. 4.

D. Tho.
2. q. 188
ar. 8.

Hieromy.
epist. 4. ad
Rustic. 4.

biliter queant in cella persistere. Illorum tantum esse arbitror, qui paraclerum possident, atque virtute prudentiae, ac naturali pollent ingenio; qui (vt ait Apostolus) non ignorant astutias Satanae: sciuntque esurire, abundare, & penuriam vtriusque hominis pati.] Cassianus certe ab his, qui vitam anachoreticam aggressuri sunt, & virtutum perfectionem, & iugum prius in cenobiis habitationem requirit. Secundum (inquit) genus monachorum est, anachoretarum, qui prius in cenobiis instituti, iamque in actuali conuersatione perfecti, solitudinis elegere secreta.] Quod confirmat & nostri Saluatoris exemplum. Nam priusquam in desertum secederet, baptizari voluit, & Spiritus sancti in se manentis, signum visibile ostendere, & sic omnem implere iustitiam. Ex quo discimus, eos, qui vitam Eremiticam, & penitus solitariam assumunt, prius in se, dum sunt in cenobiis, Spiritus sancti habitationem per munditiam carnis, & spiritus, & omnis iustitiae; ac virtutis perfectionem, si proficere volunt, quasitaros. Quis solus & nudus audeat pugnare cum demone, a quo lociis constipatus, & exemplis bonorum armatus, saepe delicitur? Quis in solitudine sui victoria obtinebit, qua de se praetatorum exhortationibus animatus, & orationibus adiutus, inter alios vincentes, nunquam reportat? Quis in eremo virtutibus induetur, quas in ipsa schola virtutum, & in sanctitatis officina, non potuit adipisci? Certum praesumptuosum est, faciliora & peruia, non valentes; difficiliora aggredi, & qui ab alio ducti, viam salutis ambulare nesciunt, solos, & sine duce, semitas perfectionis conficere. Solitarius (vt optimè notauit Beatus Thomas) debet esse sibi per se sufficiens. Hic autem est, cui nihil deest, qui scilicet, aut Dei solo munere, vt Ioannes Baptistae, repletus Spiritu sancto ex utero matris suae; aut exercitatione virtutum, vt alij sancti, ad perfectionem, aut consummatam virtutem peruenit.] Quibus ergo multa desunt spiritualia dona; & qui nondum, aut Dei solis donis, aut aliorum societate, & exemplis, ad fastigium sanctitatis ascenderunt, minus prudenter eam viuendi rationem, scilicet solitariam, arripient, quae tantum viros admittit, tum sibi sufficientes, tum in omni virtute perfectos.

Si quis ergo hac vitae solitariae tentatione pulsatur, antequam ei se committat, & solus potestates tenebrarum ad bellum prouocet, discatin cenobio, suorum fratrum praesidiis, prauos mores vincere, immoderatos affectus profigare, mundana contemnere, propria voluntatem postmittere, virtutes coparare, orationis ac contemplationis arte addiscere, & aduersarij decipulas sub specie boni se offerentes agnoscere; & tunc demum de consensu praetati, si forte suum institutum id ferat, solitudinem perat, & suorum sodalium conuersationem, consortiumque relinquat. Hieronymus enim his solis, qui in monasteriis diu probati sunt, huius solitariae vitae professionem permittit. Na enarratis maximis huius vitae incommodis, quae statim referemus, in hunc modum scribit, Quid igitur solitariam vitam reprehendimus? Minime, quippe, qua saepe laudauimus, sed de ludo monasteriorum huiusmodi volumus egredi milites, quos eremi dura rudimenta non terreant; qui specimen conuersationis suae multo tempore dederint; qui omnium fuerint minimi, vt primi omnium fierent; quos neque esuriet aliquando, nec saturitas superauit, qui paupertate latentur: quorum habitus, sermo, vultus, incessus, doctrina virtutum est, qui nesciant secundum quosdam ineptos homines; demonum pugnantium contra se portenta confingere, vt apud imperitos, & vulgi homines miraculum sui faciat, &

exinde luera sectentur.] Et in eandem sententiam Beatus gratia & nomine Benedicti in regula, ita ait: Secundum genus monachorum est, anachoretarum, id est, eremitarum, horum, qui non conuersationis feruore nouitio, sed monasterij probatione diuturna, didicerunt, contra Diabolum, multorum solatio iam docti pugnare, & bene instructi fraterna ex acie ad singularem pugnam eremi, securi iam sine consolatione alterius, sola manu, vel brachio contra vitia carnis, vel cogitationum, Deo auxiliante, sufficienter pugnare.] Si autem religiosa vita, quam semel arripuit, hunc transitum ex cenobio ad solitudinem, ac cellam separatam non admittat, ne quaquam ob id metore afficiatur, imò maximè gaudeat, sibi materiam magnorum discriminum esse praecalam, quae in hoc genere solitariae vitae reperitur. Hanc quidem consolatur Bernardus, dum illi sub specie boni, tendiculum Diaboli insidiatoris detegit. Quatros (inquit) ex monasteriis, spiritu feruetes eremi solitudo suscepit, & aut tepesfactos euomuit, aut tenuit contra eremi legem, non modò remissos, sed etiam dissolutos: Sicq; apparuit vulpeculam affuisse, vbi tanta facta est vastatio vineae, id est, vitae, & conscientiae hominis detrimentum. Cogitabat, si solus degeret, multò se copiosiores fructus spiritus perciperet, quippe qui in comuni vita tantum spiritualis gratiae fuisse expertus. Et bona visa est sua cogitatio sibi, sed rei exitus indicauit, magis eandem illi cogitationem vulpem demolientem fuisse.] Re vera pretiosum est hanc ianuam solitudinis nobis esse interclusam, cuius apertione, & via in solitudinem, & via etiam in magna pericula, atq; incommoda solitudo aperitur. Quibus breuiter enumeratis, vitam istam contemplatiua ad solitudinem pertinentem, missam faciemus, & ad aliam, quae in cenobio habetur, explicanda, properabimus.

Multa sunt vitae contemplatiuae ad solitudinem pertinentis incommoda. Primo deest illi magistri spiritualis instructio, sine qua profectò nec ars factoria, aut alia quaeuis abiecta (quòd minus virtutum, ac perfectionis scientia) conquiritur. Quare in prouerbijs legimus, Principium sapientiae possidere sapientiam, hoc est, vt quidam ex Hebraeo interpretatur, doctorem sapientiae, & magistrum, qui te erudiat, & doceat, sine quo numquam huius spiritualis artis peritus eua-des. Sunt quidem religiosi sine magistro, sicut oves pastore destituta, qui in varia desideria dispersi, & in noxijs, aut minus vtilibus occupati, non habent, a quo in vnum necessarium colligatur. In quorum gratia cum Moise Dominum sic exorabimus: Prouideat Dominus Deus spirituum omnis carnis hominè, qui sit super multitudinem hanc, & possit exire, & intrare ante eos, & educere eos, vel introducere, ne sit populus Domini, sicut oves absq; pastore.] Nec putandum est his solitarijs magisterio diuino interius inspirate sufficienter esse prouidum. Licet enim Dei inspiratio, per se considerata, satis superque sufficiat, tamen non vult Deus se solo illos instruere, cum hominem suae naturae simile possunt habere ductorem. Quamobrem Dionysius Richelius sapienter ait: Quamuis omnipotens, omniscies, & vbique praesens Deus, per se, & per Angelos sanctos, ac ciues supernos, in omnibus valeat plenè succurrere, attamen naturale & conaturalis est homini, per eos quoq; qui sibi similes sunt in natura, & eiusdem secum sunt status, vt pote viatores dirigi, ac iuuari, doceri, & gubernari, in tantum, vt serui dei dicatur esse, quasi oves sine pastore, & sicut grex sine custode, nec diu posse durare, nisi huiusmodi sibi simile in natura, ac statu passibili, què possint videre, & alloqui, habeant directorem, ac praedentem.] Deus igitur ita hominum naturae se accom-

B. Bern.
dicit. in re-
gul. c. 1.

Bern. in
cant. ser.
64.

Prout 4.7.
Lyrā. ibi.

Num. 27
16. & 17

Diony. li.
de laude
vite soli-
tar. ar. 3.

modat,

modat, ut illos, non per seipsum ordinarij, non per Angelos, non per beatos, sed per alios homines doceat; qui autem solus est, & propria voluntate hominis magisterium abicit, magisterio Dei, quod per maiores Ecclesie datur, aditum intercludit.

Secundo, deest huic vite prelatorum correctio, magnum sane adiumentum perfectionis. Hec namque initium sumit a cognitione sui, per quam, sicut per scalam, ad Dei notitiam & amorem pervenimus: sublata vero prelati correctio, difficulter mens nostra propria vitia cognoscit, & defectus emendat.

Vnde Isidorus: Facilius reprehendimus vitia aliena, quam nostra. Nam sepe, quae perverfa in aliis iudicavimus, in nobis nocibilia esse minime sentimus.] Et Dominus huius correctionis instrumento servos suos se gubernaturum promittit. Et assumpsit (inquit per Zachariam) mihi duas virgas, vnam vocavi decoris; & alteram vocavi funiculum, & pauci greges.]

Virga, quae vocatur decori, est correctio prelati severior, quae duras & proteruos emendat. His duabus virgibus pascit Dominus religiosorum greges, & in vberima pascua deducit. Beati, qui huiusmodi virgibus reguntur, & correctionis doctrinam suscipiunt, & reprehensionis onus non detrectant: erunt enim illius benedictionis participes. Dominus regit me, nihil mihi deerit, in loco pascuae, ibi me collocavit.]

Qui autem nec dum perfectus existens, nec dum in omni virtute exercitatus, a congregatione fratrum se subtrahit, & in eremum secedens has virgas gregis rectoris contemnit, caveat, ne cum saepibus, & correctionem odientibus illam maledictionem subeat. Non pascam vos; quod moritur, moriatur: & quod succiditur, succidatur; & reliqui deuorent vnusquisque carnem proximi sui.]

Tertio, deest vitae solitariae fratrum bonum confortium, qui nos verbis erudiunt, exhortationibus erigunt, monitionibus consolantur, industria adiuuant, mutuo conuictu, & conuersatione mulcent; ac tandem exemplo ad omne genus virtutis incitant, & in proposito diuini obsequij corroborant. Solus vero, & ab aliis sequestratus, his praesidiis caret, neque habet illam firmitudinem ex consortio fratrum exortam, de qua Salomon. Frater qui adiuuatur a fratre, quasi ciuitas firma.] Atque alio loco: Amicus fidelis, protectio fortis; qui autem inuenit illum, inuenit thesaurum. Amico fideli nulla est comparatio, & non est digna ponderatio auri, & argenti contra bonitatem fidei illius. Amicus fidelis medicamentum vitae, & immortalitatis; & qui metuunt Dominum, inuenit illum.] Quid ergo faciet imperfectus, & nouus miles in solitudine positus, minime ab hac firma amicorum ciuitate defensus? Quid non timebit hac protectione destitutus? Quo non indigebit his immensis diuitiis, ac pretioso thesauro priuatus; quod bonum indigentiam sociorum supplebit? Vnde hanc paupertatem expertus, medicamentum ad tuendam vitam, & monitionem salubrem ad seruandam immortalitatem, quae in fratribus inuenitur, comparabit: Solus non habet socium, cuius doctrina instruat, cuius verbis erigatur, cuius dulcedine consoletur. Non habet suis viribus adiuuantem, non habet sua societate allicientem, non habet suis operibus incitantem: Mirum erit, si tot bonis desertus, tot praesidiis destitutus, admodum valeat in virtute proficere. Iure profecto Augustinus vitam cenobiticam solitaria praefert. Tutor (inquit) via haec est, & dulcior, ubi vnus alium cohortatur, ubi alter alterius exemplo inflammatur.]

A Quarto, abest a vita solitaria in tentationibus fratrum iuuatio. Hi enim alios nutantes oratione fulciunt, & vita sua in virtute sustentant. Ira pulsatus, mansuetudine alterius cohibetur. Proteruitate impetitus, alterius obedientia corrigitur. Loquacitate, aut vitio alio impugnatus, considerato silentio fratris sui, aut alia virtute conspecta, erubescit, & se ipsum accusans, ad vincendum Diabolum robustus efficitur. Melius est sane in bello aduersus daemones duos esse, quam vnum habent enim emolumentum societatis suae: si vnus ceciderit, ab altero fulcietur. Vae soli, quia cum ceciderit, non habet subleuantem se.] Hac ratione Hieronymus, Rusticum monet, vt vitam cenobiticam amplectatur. Mihi quidem placet (ait) vt habeas sanctorum contubernium, ne ipse te doceas, & absque doctore ingrediaris viam, quam nunquam ingressus es, statimque tibi in partem alteram declinandum sit, & errori pateas, plusque, aut minus ambules, quam necesse est, ne aut currens laeseris, aut moram faciens obdormias. In solitudine cito subrepat superbia, vt si parumper ieiunauerit, hominemque non viderit, putat se alicuius esse momenti, oblitusque sui, vnde, & quod venerit, intus corde, lingua fortis vagatur, iudicat contra Apostoli voluntatem alienos seruos, quod gula voluerit, porrigit manum: dormit, quantum voluerit, nullum veretur: facit quod voluerit, omnes inferiores se putat: crebriusque in vrbibus, quam in cellula est; & inter fratres simulat verecundiam, qui platearum turbis colliditur.] His omnibus tentationibus, aliisque innumeris patet, qui non habet ductorem, quem sequatur; non fratrem, quem audiat: non socium, quem aspiciat.

B Quinto, abest a vita solitaria multarum virtutum exercitatio. Sunt quippe multae virtutes, quarum actiones, si desint fratres, in quos exercentur, recte praestare non possumus. Obedientia sine imperio prelati, cui obediamus, corrui, mansuetudo, sine illatore iniuriarum, euanescit: beneficentia, sine indigente, non subsistit: & sic aliae quam plurimae sine externa materia, circa quam versentur, otiosae sunt, & veluti occasionum defectu compeditae. Nec poterit solitarius solis internis virtutum actibus diuitias istarum virtutum comparare. Nam, & indicium inefficacitatis ipsarum est, quod in opus externum non prodeunt, cum possent, & valde diuersum est, data opportunitate, prauitates affectuum, & consuetudines vitiorum actionibus externis virtutum vincere, aut sine vlla contradictione, sola virtutis cogitatione pugnare. O quoties ego intra parietes meae cellae conclusus, proposui animo aliis me submittere, occupationum molestias patienter sustinere, ciborum appetentiam colibere, linguam silentio frangere, & alia huius generis implere mandata: Sed paulo post oblata occasione pugnandi, ac si nihil statuissem, ad vitia detestata rediui, & quae amarissime fleueram, eadem qua prius facilitate perpetravi. Atque ex meipso cognoui, facile esse decedere, difficile vero, quae semel deiecerimus, opere implere. Hunc virtutis exercendae defectum, qui in vita solitaria reperitur, sanctus Basilius, hac grauissima, ac elegantissima oratione, describit. Qua enim re humilitatis suae documentum dabit, qui nemine habeat, quo seipsum humiliorem declarat? Quod item specimen edet suae in alios commiserationis a pluitium comunione dissectus, cui cum nullo penitus commercium sit! Ad patientiam vero, quomodo nam tandem se exercebit, cum voluntatibus illius obstinat nemo? Quod si quis dicat ad componendas animi sui affectiones, moralesque recte institutos,

Eccles. 4. 10. Hierony. epist. 4. ad Rustic. 4.

Rom. 14. 4.

Basill. reg. 7. super fidei sp.

sufficere

Bene. in re. c. 1.

m. in n. ser.

m. 4. 7. r. i. ibi.

m. 2. 7. c. 17.

m. li. nudo. e. sol. ar. 3.

Aug. ser. 29. ad fra. tres.

Rom. 2.
13.

sufficere sibi diuinarum literarum doctrinam: is similiter facit, ut si quis disceret edificare, neque unquam tamē edificaret: & aedificare, & quae didicisset, ea in actū numquā deduceret. Sine dubio autem in huiusmodi hominē probē Apostoli illud conueniet. Si quis dixerit: Non auditors legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. Neque enim (ut videmus) Dominus ipse (quae incredibilis eius in nos bonitas fuit) simplici modo verborum doctrina contentus fuit, sed ut expressē euidenterque humilitatis nobis exemplū proderet, perfectae charitatis mandatum ut expleret, ipse seipsum linteo praecinxit, & discipulorum suorum pedes lauit. Tu verō, quem ablues in quem officiosus eris: a quo vltimus numerabere, qui ab aliorum societate dissociatus degas? Ex huius patris sententia cognoscimus, neque solum sanctarum scripturarum lectioem, neque meditationem virtutis, neque interiora desideria, sine externis operibus ad virtutem assequendam posse sufficere.

Sexto, deest huic vitae profectus mentis propriae cognitio. Nam sicut robur militis non nisi in pugna; & prudentia gubernatoris, non nisi in negotiis bene disponendis cognoscitur; ita progressio in virtute, non alibi, quam in ipsius exercitatione discernitur. Solitariam verō vitam amplexus, cum omnem sibi materiam exercendae virtutis ademerit, fit, ut non facile intelligere queat, quod vitium ex sua mente depulerit; quem affectum inordinatum prostrauerit, quam virtutē acquisierit, quantumve in iam acquisita profecerit; quibus donis polleat, quibus autem sit destitutus: ac tandem, an post multum temporis in vita spirituali consumptum, incipiens sit adhuc, an proficiens, an verō mentis puritate perfectus. Operabat sponsa Christi sponsi locum passionis, ac cubile suae quietis agnoscere; audit autem: Si ignoras te, o pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi post vestigia gregum tuorum, & pasce haedos tuos iuxta tabernacula pastorum. Inter greges ergo, hoc est, inter sanctorum ceteros & religiosorum familias, anima locū, ubi Christus pascat, inueniet. Pascat haedos suos, hoc est, inordinatas affectiones, in tabernaculis praetorum comprimat, illisque libens se subiiciat, & in seipsa floridū sponsi cubile, nimirum spiritum virtutibus tamquam floribus respersum, reperiet. Si autem neque istos greges imitatione sequatur, neque tabernacula istorum pastorum adeat, non facile valebit agnoscere, an in seipsa locum Christo parauerit, neque quantum in sanctitate profecerit.

Cant. 1.
8.

Septimo, deficit solitariae vitae multorum bonorum operum meritum. Multa namque bona opera, non nisi inter homines praestare possumus, ut ex his, quae dicta sunt, liquet. Alia verō, licet solitarius valeat utcumque exercere: tamen dum vnum exequitur, ab alio cesset necesse est. Si enim laborat, non potest legere, neque consilium petenti dare, dum libros euoluit. At, qui in cenobio vitam agunt, non solum omnium bonorum operum meritis abundant, verū etiam mirabili modo, eorum quisque omnia simul opera exequitur. Est quippe cenobium veluti vnum corpus ex diuersis partibus, membrisque compactum. Vnde sicut hominis corpus, vno eodemque tempore, & oculis videt, & auribus audit, & lingua loquitur, & manibus laborat, & pedibus graditur, & vnum quodque membrum, non tantum labore proprio, sed laboribus quoque ceterorum membrorum perfruitur: ita prorsus in cetero multorum (qui vnum est mysticum corpus) dum ille orat, iste legit, alius praedicat, alius ignorantes instruit, & alius manibus laborat, vnusquisque, & propria actione gaudet, & par-

aticeps laborum aliorum fratrum efficitur. Contra verō est (inquit Basilius) in eo qui solus est, dum vnum exequitur, ab alio impeditur. Veluti agrum vilitans, hospitem recipere non potest, neque in opere faciendo, studium retinere, qui in partendis distribuendisque ad vsum vitae necessariis rebus occupatur. praesertim, quando in ministeriis huiusce obediendis, fratres diutius necesse sit distineri. Tantum ergo distat vita eremitica à cenobitica, quantum homo incolumis, & omnibus membris constans, ab eo qui est vltu suorum membrorum destitutus.

Octauo, est in vita solitaria magnum aliud incommodum, nempe talentorum nobis commissorum abscondio. Cum enim nemo sit qui aliquo Dei dono non polleat, & vni per spiritum detur sermo sapientiae, alij autem sermo scientiae, secundum eundem spiritum, alteri fides in eodem spiritu; alij gratia sanitatum in vno spiritu, alij operatio virtutum; alij prophetia, alij discretio spirituum, alij genera linguarum; alij interpretatio sermonum. consequens est, vt solus in eremo positus, hoc donum Dei, quod accepit, habeat absconditum, nullamque ex eo, aut in se, aut in aliis vtilitatem percipiat. Nam sapientia abscondita, & thesaurus inuisus, quae vtilitas in vtrisque? Qui huiusmodi est, abiens fodit in terram, & abscondit pecuniam domini sui. Nam (ut inquit Gregorius) pecuniam in sudario ligare est, percepta dona sub otio lenti corporis abscondere. Bene sanē ista donorum effusio, pecuniaeque spiritualis ligatio ex ipsa tua, & solitarie, operatione cognoscitur. Nam literatus solitudinem colens, & ab hominibus sequestratus, quem doces? Praedicator, quem ad bonam frugem conuerteres? Certē plenus eris sermonibus, & coarctabit te spiritus veri tui: & venter tuus, tamquam mustum absque spiraculo, quod lagunculas nouas distumpet. Prudens, cui, consilium praebes? Sacerdos, cui sacramenta ministras? Sanctus, quem aedificas? Robustus, in cuius vtilitatem laboras? Time ne seruus malus, & piger voceris, & dona accepta dilapidas, dum ea infructuosa relinquis. Haec omnia in solitudine otiosa sunt, in cenobio verō negotiosa, quae suis laboribus in hac vita vsum, in futura verō praemium semper mansurum recipiunt.

Nondē deest vitae in solitudine actae, non semel votorum consecutio. Quae facilius impetrat humilis oratio, non ab vno solo, sed ab vniuersa congregatione profusa. Vnde Leo Papa. Plenissima obtinebitur peccatorum abolitio, quando totius Ecclesiae vna est oratio, & vna confessio; si enim duorum, vel trium sanctorum, pio consensu, omnia quae poposcerint, Dominus praestanda promittit, quid negabitur multorum millium plebi, vnam obseruantiam pariter exequenti, & per vnum spiritum concorditer supplicanti? Tanti sanē momenti est oratio ab vna congregatione progrediens, ut impiorum Niniuitarum deprecationi Dominus aures non obturauerit, sed ea benigne misericorditerque susceperit. Denique miserus est Deus super malitiā, quam locutus fuerat, vt faceret eis, & non fecit. Si tantum potuit multorum impiorum communis oratio, vt eorum iniquitatibus, non minus quā peccata Sodomae, pro vltione clamantibus, veniā & misericordiam impetraret; quid non poterit, vno corde, & vno ore fusa deprecatio in sanctorum? Quid non ab illo obtinebit, cuius oculi super iustos, & aures eius ad preces eorum? Hoc itaque validissimo sanctitatis praesidio illi priuati sunt qui solitarij viuentes non constipantur fratribus, qui irruente tentatione aliqua, aut occurrente quapiam necessitate, pro ipsis exorant.

Decimo tandem, haec vita rerum temporalium cura distentur

Basili. reg.
7. inf.
disp.1. Cor.
12. 3.
c. 6.Ecl. 20
32.Greg. 1. p.
past. 9.Ios. 32.
18. 19.Leo ser. 3.
de Iustitia
sept. men.
c. 3. Matt.
18. 16.Iona. 3.
11.Psal. 33.
16.

disteditur. Cū enim solitarij corpora sua in cœnobiiis nō deserant, sed secum in solitudinem gestēt, necessariō de victu atq; vestitu debent esse solliciti, Qui quantumvis tenuis sit, non potest nō animū sui prouisione distrahere, præsertim eorum, qui pro ratione religiosi status, nihil debent possidere. Quod si ab aliquo cibus vestisq; ministretur, saltem cura cōseruandi & parandi quæ missa sunt, mentem ad terrēna trahet, & à rerū cœlestium cōtemplatione diuelleret. Et ecce hominem, qui elongauit fugiens, & mansit in solitudine, vt iugiter inter cœlestes spiritus habitaret, sua spe frustratum, & ex prouisione rerum tēporalium, curis terrestribus impeditum. Si verò non tantum sibi, verum etiam hospitibus ad eū, ædificationis gratia, venientibus, debeat alimenta parare, quis explicet quantum à proposito internæ quietis præpediatur, & quantis sollicitudinibus implicetur? Abbatem profectō Ioannem apud Cassianum, qui tam illustres in eremo progressus fecerat, vt sæpe in diuinis raperetur excessis, scimus, hęc solā ob causam, solitudinem reliquisse, & in cœnobium repeddasse. Sed cū maior inquit ipse, suam institutionē enarrans numerus fratrum, habitationem illius solitudinis cœpisset expetere, & coangustata vastioris eremi libertate, non modò ignem illum diuinæ cōtemplationis fringere fecisset, sed etiam multimodis mentem carnalium rerum vinculis impediret, elegi huius disciplinæ vt cumq; implere propositū, quam in illa tam sublimi professione carnalium necessitatum prouisione torpere: vt si mihi illa libertas, ac spiritualis alacritas denegantur, abiecta tamen penitus dici crastinæ sollicitudine, Euangelici me præcepti consummatio consoletur: & id quod mihi de illa theoretica sublimitate subtrahitur, hac obedientiæ subiectione pensetur.] Hoc fuit huius senis prudens salubreque consilium, quod deberet cuique sufficere, ne desiderio maioris perfectionis in magnas mētis distractiones decideret.

Ista, quæ diximus, sunt vitæ eremiticæ incommoda, à quibus longè abest vita cœnobitica. Habemus enim in illa (beneficio Dei) magistros spirituales, qui nos instruunt; prælatos, qui nos corrigant, fratres, qui verbo & exemplo, nos ad perfectionem instigant. Habemus in tentationibus præsidium: opportunitatem in exercitatione virtutum: & lucem splēdidissimam ad obtinendam nostrī cognitionem. Habemus vniuersarum bonarum actionum meritum, talentorum nobis attributorum vsum, & ad impetrandam diuinam gratiam efficacissimum susce orationis à tota congregatione remedium. Habemus deniq; victum, & vestitū, & reliquas res necessarias prælatorum industria benignè administratas, ne occasione necessitatis corporæ, æquum putemus, ea quæ sunt mundi cogitare. Vnde prædictus Ioannes Abbas hoc argumentum luculentissimè tractās, inter alia inquit: In hac igitur conuersatione diuini operis, nulla prouiso: venditionis, vel cōemptionis, nulla dissentio, non annui panis inuitabilis cura, non sollicitudo corporalium rerum, qua non tantum propriis, verum etiam multorum aduenientium vibus necessaria preparantur. Postremò nulla arrogantia laudis humana, quæ immūdiōr his omnibus, in conspectu Dei etiam magnos erēmi labores frequenter euacuat.] Maneat igitur vitam eremiticam (vt in hoc à magno doctore Thoma Aquinate, sicut in omnibus aliis non discedamus) perfectis quidem esse perfectiorē, illis scilicet, qui diuino instinctu inspirati, solitudinem cōtemplationis ergo petuerunt: at cœnobiticam vniuersis, tam perfectis, quam imperiectis esse tutiorem. Illa in Ecclesia Dei iam ferè

A in totum euauit: paucissimi namq; reperientur, qui eam colant: hæc tamquam securior, hominib; accommodatior, in dies, tum religionum varietate, tum religiosorū numero crescit, & robustior efficitur. De vita itaq; cōtemplatiua illius solitarij silentiū agamus, & ad illud cōtemplationis institutum, quod in cœnobiiis agitur, conuertamus sermonem.

De substantia, & natura vitæ cōtemplatiuæ.

CAPVT XXVIII.

B **V**ITAM cōtemplatiuā, quæ in cœnobiiis retinetur, hæc possumus ratione describere. Est institutio eorū religiosorum in monasteriis habitantiū, qui consentiente prælatō, annuentibusq; institutis maiorum, ab omnibus externis actionibus elongantur, Deoq; intellectu, & affectu, prout possibile est in hac vita, continēter inhærent. Huc tendit omnis illorum vacatio: hanc ob causam à sollicitudine occupationum feriantur, vt negotiosum otium, diuinam naturam, & ea quæ ad hoc ducunt cōtemplandi suscipiant. Ideo cōfortium hominum fugitant, & secum non tantum in conclau cordis, sed etiam in cella solitaria commorantur, vt dicant: Nobis autem adharere Deo bonum est.] Consulto verò cōsensus Prælati, religiosorūq; institutionis memoriam fecimus, quoniā vnam quamq; vitam, vt spiritualis sit, Deoq; grata cōsistat, debet obedientiæ disciplina metiri, & seniorum institutio mensurare. Ea verò, quæ contradicentibus prælati, & maiorū institutis obstantibus, in religione à quibusdam, non sine scādalo pusillorum, introducit, certum est non ad vitam cōtemplatiuam pertinere, sed ad singularitatem, atq; ad propriā voluntatem omnium malorū fontem spectare. Videat ergo quisq; propriæ quietis studiosus, quantum sibi in monasterio, quod colit, quiescere liceat. quid Prælati iubeat, quid societas fratrum ferat, quid religiosæ vitæ institutio à maiorib; inducta permittat: quia omnibus laboratibus & otiosum iudicabitur, & regula, aut vsu religioso aliud reclamante, nec decet, nec licet cōtemplationis prætextu, in cella manere, & communes cœnobij labores, aut penitus aliorum ministeria reculare. Quādo tamen Prælati annuūt, seniores probant, fratres non agrè ferunt, ingēs bonum est cellæ secreta tenere, spōsum alloqui, rerum cœlestium cōtemplationi vacare, & in hoc interiori silērio à bonis & perfectis approbato, quicquid recordes obtrent, vita cœnobiorū cōtemplatiua consistit. Hanc impensè rogo, quando sine nota singularitatis, & cum ostensione vtilitatis suscipitur, Prælati tueantur, senes laudent, & tam hi, quam illi charissimas Dei sponsas, animas nempe cōtemplatrices à moribus imperfectorum defendant. Nec permittant, seruos solos, & fortassis non multum fideles, latè viuere, & sponsam Christi delicatolam, quam ipse miserationibus præuenit, & ad lectulum sanctarum cogitationum inuitat, suorū fratrum persecutionibus impeti, & linguarum gladiis, sine vlla miseratione ferri. Nec putent hanc desidiosam & cœtui fratrum, aut ministerijs proximorum inuilem, fortassis enim aliorū labores, & fructus, ex istius lacrymis, & oratione dependere. Cū in Susan, & in omnibus vrbibus viginti septē prouinciarum, quæ Assueri subdebatur imperio, pepēdit aduersus Iudeos damnationis edictū, Mardocheus vestimenta cōscidit: reliqui Israēlitæ, sine vlla cōsolatione fleuerūt, &

7. reg. 19.
1. 20
3. 1. p. 6. 9.
3. 2. 19.
ser 3. cōtinuo mon. Matt. 16.
3.
3. 3.
D. Thom. 2. 2. 7. 188. art. 8.

Cass. col. 19. c. 5.

Matth. 6. 25.

Cass. col. 19. c. 6.

Pf. 72. 28.

E. 1. 4.

imminenti exitio remedium adhibere curarunt, sed omnium eorum in vanum certavit industria. Solus Esther, basilicam regis ingrediens, ipsum verbis delinens, & ad lautum conuiuium inuitans, calamitatem pepulit, Aman in furca suspendit, & gentem suam à morte iam ingruente, liberauit. Ita forte non clamores imperfectorum, & discursus murmuratorum, sed sanctorum animarum fletus, & lacrymarum manum Domini adhuc extetam, detinet, iustissimam eius indignationi obstitit, & calamitates ab Ecclesia depellunt. Sed tu, o anima quaecumque es, quae ad nuptias sponsi, ad cõtemplationis quietem vocaris, & Prælatorum, ac bonorum auctoritate fulciris, ne statim despondeas animum, ne verbulo omni vento leuiori tristeris: tanta enim dignitas, tantæ deliciae non gratis possidendæ sunt, sed aliquo afflictionis pretio comparandæ. Tace, & Dominus sponsum utique tuum, respondebit pro te. Non est nouum laborantes quiescentibus insultare, erit tamen valde nouum, imò & valde miserandum, si munus Domini, pro te respondendo, & tuam viuendi rationem defendendo, tibi vsurpes. Non miremur (ait Bernardus) si quempiam laborantem, & bene operantem, aduersum fratrem vacantem murmurare videamus, quia hoc in Euangelio legimus Martham fecisse aduersus Mariam. Quod autem Maria quandoque murmurauerit aduersus Martham, eò quod eius actionibus implicari vellet, nusquam omnino reperitur. Ne ergo labori fratrum inuideas, neque alicuius obrectationes molestè feras, sed voluntate Prælatorum fulcita, & diuinis cõsolationibus animata, inter inania verba tepidorum, quiesce secura.

Huius vitæ cõtemplatiuæ magna est dignitas, ingens vtilitas, mira suauitas. Magna certè dignitas, cuius possessio laborantibus in actiua vita, tamquam præmium ac merces promittitur. Quare Isaias, eolaudato eo, qui studiosis vacat actionibus, ita concludit. Iste in excelsis habitabit, munimenta saxorum sublimitas eius, panis ei datus est, aquæ eius fideles sunt. Regem in decore suo videbunt oculi eius, cernent terram de longè. Dabitur (inquit) ei, vt habitet in excelsa spelunca petra fortissimæ, hoc est, in corde Christi Saluatoris, cuius fortitudine, à turbine ac procella sæculi protegetur. Munimeta saxorum, sanctorum nempe intercessionis, quas orando promeruit, asilum eius. Panis, sanctorum meditatio Scripturarum, & fidelis aqua cælestium cõsolationum, affatim tribuetur ei, quibus sine nausea fatiatus, terrenas cõsolationes lætè despiciat. Christum in decore suo conspiciet: quia siue in patibulum actum meditetur, siue resurgentem consideret, siue in humanitatem eius, siue in diuinitatem oculos coniciat, semper sui sponsi pulchritudinem, decorem, & claritatem cõtemplatur. Cernet de longè terram viuentium, cum luce diuina perfusus, & delectationibus spiritus inebriatus, aliquam stillam cælestis patriæ degustabit. Non erit qui ambigat, ista omnia vitæ cõtemplatiuæ esse fructus, quibus anima, quæ diu in vita actiua laborauit, iam ad cõtemplationem vocata reficitur. Profecto ista Prophetae larga promissio cõtemplatiuæ vitæ cõtinetur, vt Gregorius apertissimis verbis explanat. Ab actiua vitæ gradibus (inquit) ad quæ cõtemplationis culmina ascendatur, Propheta adiuxit, dicens, Iste in excelsis habitabit, & reliqua. In excelsis namque habitare est, cor in cælestibus ponere. Et munimenta saxorum, sublimitas nostra est, cum mente choris castrisque cælestibus iungimur, & insidiantes malignos spiritus, stantes in arce cordis, quasi subterpositos, expugnamus. Tunc nobis etiam panis datur,

A quia in supernis erecta intentio, æternitatis cõtemplatione reficitur. Aqua enim nostræ fideles sunt, quia verba vitæ, quod ante mortem insinuant, hoc etiam post mortem demonstrant. Regem in decore suo oculi nostri conspiciunt, quia redemptor noster in iudicio, & à reprobis, homo videbitur, sed ad diuinitatis eius intuendam celsitudinem, soli, qui electi sunt, subleuabuntur. Et post pauca. Qui quamdiu in hac vita sunt, quia illam viuentium patriam, sicut est, videre non possunt, rectè adiungitur: cernent terram de longè. Si ergo merces à Domino iustis attributa magna est, siue in præsentia vita, siue in futura tribuatur, quanta erit cõtemplatiuæ vitæ præstantia, quæ præmium est bonorum operum, merces iustitiæ & veritatis?

B Est quoque huius vitæ ingens vtilitas, siue eam cõparatione illius, qui vitam cõtemplatiuam colit, siue cõparatione totius Ecclesiæ consideres. Nam cõtemplationi diuinorum vacans, quis explicet, quam magna & mirabilia dona ex Dei confortio & familiaritate percipiat? Iam præteritorum peccatorum meditatione compungitur, dicens: Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum, lacrymis meis stratum meum rigabo. Iam pro duritia aliena, peccatisque proximorum affligitur, Ieremiam sibi lamentationem vsurpans. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum, & plorabo die ac nocte interfectos filios populi mei? Iam aduersus vitia sua, & effrenatos affectus indignatur, firmiter apud se statuens: Quoniam comminam eos, vt puluerem ante faciem venti, vt lutum platearum delebo eos. Iam virtutis desiderio, & amore succenditur. Hanc (inquit, eius contubernium exoptas) amari, & exquisiui à iuuetute mea, & quasi sponfam mihi eam assumere, & amator factus sum formæ illius. Iam pace, & tranquillitate cordis hilarescit, illam Domini benedictionem experiens: Quia sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiducia, & in requie opulenta. Et rursus illud, Factus sum coram eo, quasi pacem reprensus. Iam quasi vno temporis momento humilitate deicitur, fiducia suppositur, mansuetudine delinitur, misericordia ac pietate liquefcit, fortitudine erigitur, patientia roboratur, & vniuersarum virtutum interna exercitatione ditescit. Videtque in se ipso illud Ecclesiastici impletum. Facile est in oculis Dei subito honestare pauperem. Benedictio Dei in mercedem iusti festinat, & in hora velle loci processus illius fructificat. Iam intelligentia fidei augmento, & sapientiæ, intellectus, consilij, & scientiæ donis illustratur: & tunc partim pro tanto dono donorum auctorem collaudans: partim amplius videre cupiens, cum ingenti spiritus exultatione proclamat. Quoniam tu illuminas lucernam meam, Domine, Deus meus illumina tenebras meas. Iam voluntas amoris & dilectionis igne flammatur, auditque, Excoquam ad purum scoriæ tuam, & auferam omne stannum tuum, & restituum iudices tuos, vt fuerunt prius, & consiliarios tuos, sicut antiquitas: post hæc vocaberis ciuitas iusti, vrbs fidelis. Hæc denique extra se ipsum raptus, his bonis perfruitur, quæ nostram omnino experientiam subterfugunt: Fortè dicit: Scio hominem, siue in corpore, siue extra corpus nescio. Deus scit raptum huiusmodi vsque ad tertium cælum, & quoniam raptus est in paradysum, & audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui. Hæc ad fructum ipsorum cõtemplatiuam pertinent: sed, quam sint proximis vtilis ex eo percipi potest, quod Ecclesia eorum orationibus fulcitur, & exemplis sustentatur: cuius rei testis locuples sit

C

D

E

Ber. ser. 6.
de assump-
tio.

Isaia 33.
16. &
37.

Greg. 31.
mor. 20.

Psalm. 67.

Lere. 9. 14

Psalm. 17.
43.

Sapient.
8. 2.

Isa. 32. 1.
18.

Can. 8.
10.

Eccles. 11.
3. & 24.

Psalm. 17.
29.

Isa. 25.
26.

2. Cor.
12. 2.

Augu. l. b. de morib. Ecclief. c. 31.

Augustinus, ita scribens: Nihil de his loqui videtur enim nonnullis res humanas plusquam oportet deferuisse, non intelligentibus, quantum nobis eorum animus in orationibus prosit, & vita ad exemplum, quorum corpora videre non sinimur. Et optime quidem. Est namque istorum vita contemplationi addicta, veluti Domini charissima sponsa, quae eius domum, scilicet sanctam Ecclesiam, sua pulchritudine illustrat, sua puritate alios ad perfectionem allicit, & quidquid postulat, vel ad peccatorum purgationem, vel ad virtutis augmentum, vel ad felices negotiorum euentus, ipsi, non semel, sed sapientissime impetrat.

Ecclief. 5. 19.

Est denique admirabilis contemplativae vitae suavitati cui homo deditus, tanta interdum iucunditate, & voluptate perfunditur, ut optime ei aptari possit illud Salomonis. Non satis recordabitur dierum vitae suae, eo quod Deus occupet deliciis cor eius. Sicut enim mundanus ludo detentus, aut conuiuio, & potationibus, aliisque similibus voluptatibus occupatus, tantum abest, ut diem longum esse iudicet, quod potius horas breuiores morulis, quam soleant, praeterisse caufatur. Ita spiritualis vir deliciis purissimae contemplationis perfusus, obliuiscitur dierum vitae suae, quos, quia caelestes consolationes angustat, non tam transire quam volare conqueritur. Hinc magnus Antonius orans, & has diuinas voluptates experiens, cum solis ortus coepisset infundi, solebat proclamare: Quid me impedis sol, qui ad hoc iam oritur, ut me ab huius veri luminis abstrahas claritate? His videlicet quetimonis, noctem, quam contemplando transegerat, breuitatis accusans, & solem ab oratione abstrahentem, & ad aliquam necessariam occupationem vocantem, compellans. Verè iucunda vita, quae vitam mortalem abbreviat, non aliquid ex eius specie demendo, sed mentem nostram summis voluptatibus inescando. Iucunda vita, qua Deo inhaeremus, & fonti immensa suauitatis immergimur. Quid enim prohibet, o homo, si tibi hanc vitam agere, licet inter huius mundi miseras commoreris, illud Ambrosij dicamus: Potes & hic esse, & adesse ad Dominum. Si illi adhæreat anima tua, si post ipsum cogitationibus tuis ambules, si fide, non specie, vias eius sequaris, si ad ipsum confugas. Est enim refugium, & virtus cui David: Ad te confugi, & non sum deceptus. Mirabilis profectò vitæ suauitatis, qua vitæ huius molestias effugimus, sollicitudinibus & curis eximimur, & simul merita cumulant, Angelorum deliciis, & suauitate replemur.

De fine vitæ contemplatiuæ.

CAPVT XXIX.

SICUT vita contemplatiua alia est à vitæ actiua, ita proprium finem habeat necesse est à fine actiuae vitæ diuersum, quem contemplator debet habere perspectum, ut in illum officia sua dirigat, & ipsum magna assequi vigilantia contendat. Hic finis est, mentem ab omnibus terrenis desideriis, & cogitationibus emundare, & Deo intellectu, & affectu atque imitatione coniungere. Quem Ioannes Cassianus hac oratione nobis exposuit. Eremitæ (hoc est contemplatiui) perfectio est, exutam mentem à cunctis habere terrenis, eamque quantum humana imbecillitas finit, vnire cum Christo. Quem virum Ieremias propheta describens, Beatus inquit vir, qui tulit iugum ab adolescentia sua, sedebit solitarius, & tacebit, quia leuauit se super se. Psalmista quoque, similis factus sicut pelicanus

Cass. col. 19. c. 8.

Ier. 3. 27.

Psalm. 101. 7. & 8.

A solitudinis, vigilauit, & factus sum sicut passer solitarius in tecto. Non solum autem ex sancti patris auctoritate, sed ex natura quoque humanorum actuum cognitio huius veritatis elicitur. Sicut enim naturam sentiendi animalibus attribuit, ut quæ mala, & sibi noxia, sensu perreperint, fugiat, & respiciat, & quæ bona, & propria sustentationi congrua, senserint, quarant, & accipiant: Ita Deus vim intelligendi Angelis, hominibusque concessit, non solum ut intelligat, & in rerum cognitione sistant sed ut ea quæ cognouerint, si mala esse, & virtuti aduersa deprehederint, recusent, & odio habeant, si verò bona, ac sanctitati consona, & cupiant, & diligant. Desiderium autem, & dilectio rei amatae, adhuc mentem non satiat, donec res amatam possideat, eiusque presentia delectetur, eique prout possibile fuerit, immergatur. Atque adeo cognitio in hac vita propter amorem est amor verò propter vnionem, qua bono iungimur, ipsaque secundum nostræ naturæ capacitatem possidemus. Cum ergo vita contemplatiua, ut nomen ipsum designat, in rerum consideratione posita sit: manifestum est, quia peccatorum malitiam, & fedtatem cogitat, ut ea odio habeat, & fugiat: Creaturam verò angustam, & minime satisficientem naturam considerat, earumque exilitatem & mendacitatem meditatatur, ut ab eis animi desideria & cogitationes auertat, tamquam à rebus, quæ humanam capacitatem explere non possunt. Dei autem naturam, pulchritudinem, atque innumerabiles perfectionum diuitias contemplatur, ut mentem rebus terrenis exuta, ad desiderium, & amorem Deitatis efferat, & ad quærendam diuinam vnionem inflammet. Ideoque magnus pater Gregorius, non tam per actiones intellectus, quam per charitatis affectus, voluit contemplatiuam vitam describere. Quia nimirum omnis consideratio, non propter se ipsam suscipitur, sed ut ea, tanquam instrumento mens ad amorem supernorum dirigatur. Verba huius sancti Doctoris sunt. Contemplatiua vita est, charitatem quidem Dei, & proximi tota mente retinere, sed ab exteriori actione quiescere, soli desiderio conditoris inhaerere, ut nihil iam agere debeat, sed calcatis curis omnibus, ad videndam faciem sui creatoris animus inardescat, ita ut iam nouerit carnis corruptibilis pondus, cum merore portare: totisque desideriis appetere, illis hymnicis Angelorum choris interesse, admisceri caelestibus ciuibus, de aeterna in conspectu Dei incorruptione gaudere. Sic profectò ille dicit, non quo ab hac vita consideratione excludat, sed ut Dei amorem, & caelestes affectus, sine scopum astruat. Defectiua namque, & manca est cognitio, quæ affectum non excitat, & odium mali, atque amorem boni non generat, & parum Deo placet, si cognoscamus, dum ex cognitione non assurgimus, ut mala detestemur, & bona queramus, & diligamus. Imò scriptum est. Seruus qui cognouit voluntatem Domini sui, & non preparauit, & non fecit secundum voluntatem eius, vapulabit multis. Tatum abest, ut ieiuna consideratio sufficiat, quod potius ad opus erit, si minime ad eam voluntas, & vita se conformet. Et rursus Petrus Apostolus ait. Ministrare in fide vestra virtutem] hoc est, bene operandi fortitudinem. Cuius multa numerasset bonarum actionum augmenta, quæ ex fide, ac Dei notitia debemus colligere, subinfert: Hæc enim si vobiscum adsint, & supererit, non vacuos nec sine fructu vos constituet in Domini nostri Iesu Christi cognitione. Nam, qui sola consideratione nutritur, & eam in puritatis ademptione non dirigit, exerts fructuum profectò manet, sicut ille, qui sanitate non assequitur: cum tamen amiserit medicinam. Nec non & dictum est

Greg. lib. 14. in Ezech.

Luce. 22. 47.

2. Pet. 1. 5

Ibidem 8.

A. For. 1. 11.

Apostolis cum in ascensione Domini contemplationum personam gerebant: Viri Galilaei quid statis aspicientes in caelum? Hic Iesus, qui assumptus est a vobis in caelum, sic veniet, quemadmodum vidistis eum ascendentem in caelum. Peregrini adhuc estis, non incolae, statum habetis non manentium, sed transmigrantium: Galilaeus quippe transmigratorem significat, quid igitur solo conspectu caelorum implemini? Quid sola supernorum contemplatione satiamini? Imo potius cogitate, quia hic Iesus, qui modò praefert dignitatem regis ascendentis, postea iudicis descendens auctoritate ostendet, cui universi mortales sunt rationem suorum actuum reddituri. Haec autem cogitatio efficiat, ut caelorum aspectum, non in solam admirationem, aut solam aspiciendi voluptatem, sed in mentis vestrae profectum dirigatis. Contemplativa ergo vitae deditis, hanc Angelorum ammonitionem consideratis, sciat, suae institutionis scopum, non ieiuniam esse rerum diuinarum cognitionem, sed mentis tranquillitatem & puritatem existere. Illam Chrysostomi sapientem sententiam expendat: Proinde, si quis desiderat videre Christum, si quis dolet quod illum non viderit, hoc Angelorum auditio sermone, Sic veniet, vitam admirandis virtutibus componat, & omnino visurus est, quae desiderat, nec frustrabitur suo voto.] Contemplatione in creaturarum despectionem, in Dei amore, in virtutum perfectionem, atque in veram properet sanctitatem, ut ex hac obscura Dei notitia, ad claram & perspicuam cognitionem transferatur.

Chryf. Es. 2. in Act.

Sed istum vitae contemplativae finem (quia eius notitia summi momenti est) adhuc exquisitius & subtilius explicemus. Ad hoc profectum vita contemplativa tendit, ut mentem hominis ab omnibus rebus creatis abstrahat, & quasi in quadam temporalium morte constituat. Quemadmodum enim mortuus nihil humanum cogitat, nihil terrenum cupit, ad nullam rem quantumvis pulchram, quantumvis pretiosam, aut excellentem afficitur, sed inter epulas, inter opes, inter honores inter alias corporis voluptates, omnino mortuus iacet, nihil istorum bonorum exoptans. Ita contemplativus omnium infimarum rerum cogitationes abiiciat, desideria fugiat, & delicias, comoditates, atque honores, tamquam ad se nihil attrincentes, omnino contemnat. Huius vox sit: Veruntamen existimo omnia detrimentum feci, & arbitror ut stercorea, ut Christum lucrifaciam.] Si enim primo loco hanc generalem rerum terrenarum despectionem non acquirit & a proprio corde, non solum cupiditates, sed etiam cogitationes saeculi fugare conatur, neque ad altitudinem sanctae contemplationis ascendet, neque in destinationem optatam propriae sanctitatis perveniet. Egregia namque vita contemplativa est, sibi soli vacare, ut inanes quis rerum mundanarum cogitationes euoluat; desideria propriae comoditatis enutriat, & oblata occasione, honores, & dignitates, & onus praelationis ambiat. Huiusmodi sane ego contemplativum non iudico, sed segnem, & inertem existimo, qui nec manibus laborat, nec corde (ut par est) in rebus diuinis se occupat. Qualis enim erit cordis occupatio his miseris affectibus compediti, nisi infirma, tepida, & desidiofa? Iste pennas habet, non aquila, sed struthionis, quae ad ornatum, non ad volatum deferunt, quare inter aues imundis numerabitur. De illo mystice legimus. Pena struthionis similis est penae herodij, & accipitris.] Pennas habet, id est, externum monachi habitum, silentium, & cellam, & horas

philip. 3. 8.

Dem. 1. 4. 15. Job. 39. 13.

contemplationi destinatas. pennas autem rapacium affimiles, sed neque in altum volat, nec volando eam ad sustentationem captat. O quam verè iste ad se ipsum applicare poterit, quod Hugo Victorinus humiliter dixit: Quali struthio volatum simulo, sed tamen pedibus terram tango. Volito habitu, sed terram tango affectu. Penna siquidem contemplationis a terrenis non eleuat, quem corpulentia carnea fragilitatis pondere suo grauat.] Enitatur ergo vitae contemplativae sectator res omnes creatas a suis desideriis & cogitationibus ablegare, ut contemplationis pennis valeat infimum terrae locum deserere, & in supremam caelestium rerum regionem ascendere.

Deinde postquam vita ista animam a rebus terrenis abstraxit, ad illud considerationem dirigat, ut ea sordibus creaturarum defecata, ad caelestia desideria efferat, & ad Dei amorem, & charitatis feruorem extollat. Omnis enim intelligentia nostrae inquit, quae summum bonum meditatur, & iam meditata, simplici intuitu contemplationis aspiciamus, hanc est fructus editura, ut summi boni cognitio amorem excitet, & virtutum internas functiones, & spirituales pulchritudinem in nobis pariat. Da mihi intellectum (ait eximius contemplator David) an solum, ut intelligam: non, sed ut discam mandata tua.] Et iterum: Da mihi intellectum, & scrutabor legem tuam, non quidem, ut in persequutione persistam, sed ut custodiam illam toto corde meo.] Cum enim quisque legem scrutatus fuerit (inquit Augustinus) & ad eius alta pervenerit, in quibus tota lex pendet, profectus debet Deum diligere ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mente, & proximum suum tamquam se ipsum. In his enim duobus mandatis tota lex pendet, & Propheta. Hoc videtur promississe, cum dixit: Et custodiam illam in toto corde meo.] Interrogemus etiam Bernardum, ad quem finem anima verbum salutis consideratione, & aliis actibus intelligentiae inquirat. Et respondebit nobis, non alterius rei gratia, quam propriae reformationis, & puritatis obtentu. Eius verba sunt. Quarit anima verbum, cui consentiat ad correctionem, quo illuminetur ad cognitionem, cui innitatur ad virtutem, quo reformetur ad sapientiam, cui conformetur ad decorem, cui maritetur ad fecunditatem, quo fruatur ad iucunditatem.] Istud igitur anima contemplatione nitatur ad aspiciendum caelestium desideriorum feruorem, virtutis decorem, amoris pulchritudinem. Et quod magis in istis profecerit, tanto amplius se credat in contemplativa vita profecisse. Iustus enim meditatus est in lege Domini die, ac nocte, & omni tempore, quavisque oblata occasione eam est persecutus, non quidem ob aliud, nisi ut sit tamquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo.] Fructus iste virtutum esse debet meditationis effectus, fructus amoris sit tantae irrigationis fetus, & partus. Ad quid enim spiritualis ista arbor in cella paradiso plantatur? Ad quid tot rivus aquarum, hoc est, meditationum sanctarum torrentibus, imò, & fluminibus irrigatur: nisi ut fructus virtutum ferat, & praecipue, sua missimi amoris pomi producat? Sic ad finem optatum suae quietis, & contemplationis perveniet. Meritoque dicemus de illa, quod in Osea scriptum est: Vitis frondosa Israel, fructus adaequatus ei.] Vitis frondosa est anima in rerum caelestium contemplatione occupata, quia sanctis meditationibus, quasi frondibus decoratur, & eruditus cogitationibus velut pampinis ad maiora distenditur. Fructus autem adaequatur ei, cum istae cogitationes, desideria virtutum pariunt, & quasi pampini, & frondes, ipsas virtutum

Hugo lib. 2. de clau. animae, c. 23.

Psa. 118. 73.

Ibid. 34.

Aug. in Psa. 118. serm. 11.

Bern. ser. 85. in ant.

Psa. 1. 3.

Osa 10. 1.

actiones

actiones, velut suauissimos fructus operiunt. Frondes in vinea sine vuis, non satiant, & meditationes, reru celestium minime sine fructu puritatis delectant.

Postremò contemplatiua vita, diuinam vnionem quærat, necesse est, vt ita vt ex intelligētia ad affectū virtutis transeat, & ex affectu, & interna exercitatio- ne virtutum, in sponsi amplexibus requiescat. Audi animam contemplatricem, sua contemplatione finem istum assequentem. Inueni, quem diligit anima mea, tenui eum, nec dimittā.] Primò in lectulo cordis sui quæsiuit sponsum, nec illum inuenit. Deinde, per vicos, & plateas quæsiuit dilectum suum, nec etiam inuenit. Postmodum vigiles custodientes ciuitatem, de dilecto interrogat, nec aliquid, quod satisfaciat, respondent ei. Hæc omnia ad solum intellectum pertinent. Eius enim est inquisitio: qua Deū iam in nobis ipsi, iam in creaturis inquirimus, eius est & interrogatio, qua Prælati, & spirituales magistros de sponso interrogamus. Ad hæc: Inueni (inquit) quem diligit anima mea.] Hoc iam affectui tribuendum est. Affectus namque siue desideriu, est, quod Deum veluti absconditum manifestat, & quali longè positum ad nos adducit. Quare desideriu pauperum exaudiuit Dominus, præparationem cordis eorum audiuit auris tua.] Audit, inquam, desideria clamantia, & præparationes cordis, hoc est, affectus volūtatis, vociferantes, & opem efflagitantes auscultat, & tamquam tenera mater paruulo clamanti, & lugenti se benignissimè ostentat. Tandem amatrix sponsa, hæc dulcissima Domini inuentione, nec dum expleta, amplius quærit, amplius exoptat, intimam vnionem suspirat, dicēs: Tenui eum, nec dimittam.] & hūc finem esse cōtemplationis designat. Sed quæ est ista vnio, quā vitam cōtemplatiuæ scopū astruimus? Certè non est illa vnio, quā nonnullæ anime puræ, & à vitis liberatæ, solent ad breuem morulam in oratione sentire. Hæc enim non est temerè, & præsumptuosè affectanda, sed si à Domino offeratur, diligenter & humiliter accipienda. Est igitur vnio, qua Deo per voluntatis concordiam, & per virtutum imitationem copulamur, quā vnuerſi sine periculo quæruūt, sine nota præsumptionis exoptant. Hæc vnione tenetur Deus. Vnde Richardus, ait: Manet in illa anima Christus, quæ virtutes eius possederit, humilitatem, mansuetudinem, patientiā, obedientiam, & charitatem. Et item, quæ mandata eius seruat, sicut ille ambulauit, & ipse ambulat. Si quis diligit me, (inquit) mandata mea seruabit, & pater meus diligit eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.] Talis ergo, & verè diligit, & Christum in domum mentis introducit. Vnio voluntatis est, cum id cōstanter volumus, quod Deus vult vt velimus, & id animosè respicimus, quod Deus iubet, vt nolimus. Sic profectò Domino pacis vinculo necimur, & vnum cum eo efficiamur, non natura, sed volūtatis, pacisq; concordia. Pulchrè enim dixit Leo Papa: Quid est, dilectissimi, pacem habere ad Deū, nisi velle, quod iubet, & nolle, quod prohibet? Si enim humanæ amicitie pares animos, & similes expectunt voluntates, nec vnquā diuersitas morū ad firmam potest venire concordiam, quomodo diuinæ particeps erit pacis, cui ea placent, quæ Deo displicēt, & iis appetit delectari, quibus illū nouit offendit? Non est iste animus filiorū Dei, nec talem sapientiā recipit adoptiua nobilitas.] Hoc itaq; est Deo in cōtemplatione vniri, eius præceptis subiici, cōsiliis subigi, inspirationibus parere, & id siue prosperū, siue aduersum complecti voluntatis affectu, quod Deus in nobis, aut de nobis decreuerit ordinate. Vnio verò imitationis est, cum Dei Patris, Filiiq; eius Iesu Chri

30 lib. s. clau. m. 6. c.

118.

34.

18. 11. 11.

11.

11. 9.

10.

Cat. 3. 4.

Psal. 9. 17.

Richard. in cant. c. 6.

Ioan. 14. 23.

Leo, ser. 6. in natal. Domin.

A lti perfectiones ad nostram vitam transfundimus, eaque operatione imitatur. Cum scilicet hoc oratione, & contemplatione cōsequimur, vt simus humiles, mites, obediētes, tractabiles, puri. Deo intellectu & affectu adherētes, sicut Christi Ies⁹, & verbo docuit, & vitæ commonstrauit exemplo. Istū esse scopum vitæ cōtemplatiuæ, sanctissimus Dionysius Richelius nō semel affirmat. Quodam loco ait: Innotescit ex his, quoniam quo super singulari, solique Deo solitarius vicinio est, irēmque cōformior, eò præclariorem ipsius imitationem sortitur: est autem proximus Deo. Sin autem, vanum vtiq; ab omnibus loco se segregat, si non vitam quoq; pariformiter à cunctis elonget, eamq; liberio rem ac sincerio re possideat. Igitur verè solitarij, hæc altissima, atque finalis vitæ perhibetur perfectio, quatenus purè, & vti nomen eius locuſq; insinuant, excellentissimè assimiletur Deo, adorando, & sancto.] Et rursus alio loco, inquit: Hic est finis solitaria vitæ, in sæculo isto Deū excelsum, & benedictum tam purè ac stabiliter cōtemplari, tamq; feruenter & indefinenter diligere. & hoc solitarij professio proprium habet, Deo tam perfectè & assidue adherere, affici, frui, amplecti, sicq; vitā Angelicam & celestem inchoare in teris, tam copiosè & experimentaliter futurā beatitudinem in illo exilio prælibare, tam dulciter prægustare, quā dulcis est Deus, supergloriosissima Trinitati tam gratiosè assimilari, tam perfectè configurari, imò sic vnum fieri, & esse cum ipsa.] Cōcludamus ergo, in vita contemplatiua intellectus cōsiderationem esse medium, instrumentum, atque subsidium: finem verò esse veram virtutem; animi puritatem; Christi imitationem verissimam. Ad eò, vt cōtemplatiuus, in suis cogitationibus, desiderijs, actionibus, Christi Saluatoris cogitatus, desideria, & actiones referat, quæ ille amauit, diligit, quæ ille pro nihilo duxit, contemnat, & non tam verbo, quam vita, dicat: Viuo ego, iam non ego, viuūt verò in me Christus.]

Dyon. lib. de vita cōt. sōl. ar. 2.

Dion. lib. de laude vitæ solitæ ar. 4.

11. 2. 20.

De præparatione ad vitam cōtemplatiuam.

CAPVT XXX,

N I M A M, hunc præstantissimum finem per vitam cōtemplatiuam adepturam, & actionibus eius, quas statim in medium producemus, vacaturam, necesse est prius disponi, ac præparari. Quemadmodū enim cithara, aut lyra prius temperanda est, quā pullantia, si harmoniam editura est, atque concentum, ita anima prius paranda est, vt creatorem dignè laudet, eiq; affectibus & desiderijs adhaereat. Elifæus ad suscipiendam diuinam illustrationem, instrumenti musici concentu separat, & mentem à rebus terrenis auellit, & ad pacem tranquillitatemque componit. Denique, adducite mihi (inquit) psalterem. Cūque caneret psalteres, facta est super eum manus Domini.] Sic animus, nonnullis adiumentis tranquillandus est, & quibusdam purgationibus alleuiandus, quò ad superna voler, Deum, & arcana celestia cōtemplatur, internisq; auribus diuina alloquia percipiat. Qui ergo vitæ cōtemplatiuæ desiderio tenetur, eiusque vult institutum arripere, optatæ pretium est, Domino ad hoc vitæ genus vocari; Nam si vocatus non est, illud Salomonis est sibi omnimodis obseruandum. Ne erigas oculos tuos ad opes, quas non potes habere, quia facient sibi pennas quasi aquilæ, & volabunt in celum.] Quam sententiam Venerabilis presbyter Beda, de

4. Reg. 3. 15.

Pron. 23. 5.

spiritualibus diuitiis intelligit. Ne erigas mentem (inquit) ad perferenda diuinitatis arcana, quæ penetrare non potes: hæc enim cælestibus solum ciuibus patent. Ille autem contemplationis diuitias non potest habere, cui concessa non est à Domino contemplatiuæ vitæ vocatio, quia illas gratiæ diuinæ præsidium, & non sola naturalis acquirit industria. Neque enim ad idem institutum vocat Deus vniuersos, sed quosdam ad vnum viuendi modum, alios ad alium, secundum decreta sapientiæ suæ, nõ minus suauiter, quàm potèter inuitat Paulum etiam reluctantem, imò & fideles persequentem, ad Apostolatam trahit, virum autem à Demone liberatum, se vltro offerentem, & inuitantem non admittit. Dimisit enim illum Iesus, dicens: Redi in domum tuam, & narra quanta tibi fecit Deus. Hic itaque minimè ad contemplationem vocatus, qui à quiete mentis arceatur, & ad exteriora virtutù opera mittitur, frustra erigit oculos ad cælestes cõsolationes sibi inaccessas, fatigabitur namq; & laborabit, sed numquã eas poterit obtinere. Cognosceret verò se esse vocatum, si constanter vitæ contemplatiuæ suscipiendæ efficacis affatus, & inspirationes sentiat, quæ sunt veluti voces dei, eum, quem tanto beneficio dignatur, allicientis, & inuitantis. Si fortiter obstantibus impedimentis resistat: Si ad orationis exercitia aptitudinem, hoc est, mentem placidam, & quietam habeat: Si, cum sanctis meditationibus insistit, virtutum profectum experitur: Si orandi donum, ac meditati, diuinitus sibi immitti animaduertit: Si denique eam religionem, Deo inspirante, ingressus est, quæ cõtemplationis opera, vel sola, vel moderate actioni coniuncta, ex instituto, proficitur. Nã quos Deus in aliquem statum euehit, idoneos facit ministros vocationis suæ, eisque, vt secundum præscriptum suæ regulæ viuant, abundantissima beneficia elargitur.

Qui his cõiecturis deprehendit se ad vitam contemplatiuam, aut puram, aut actioni coniunctam vocari huius vitæ finem, nempe mentis puritatem, sibi ante oculos proponat, & omnium virtutù adeptionem, & præcipue intimam cum Deo vnionem, quam supra enucleauimus, impensè cupiat. Viri spiritualis, & sancti nomen inter commilitones fugiat, cõsolationes, lacrymarum profusiones, raptus, extases, & alia huiusmodi extraordinaria, non querat. Hæc enim non sunt perfectionis subsidiaria, sed quedam singularia adiumenta; vel indicia sanctitatis, quæ quatenus indicia humiliter vitanda sunt; & si incidierint, prudenter abscondenda: Quatenus verò adiumenta, nullatenus etiam sunt affectanda, quoniam, nec sola sunt hæc adiumenta virtutis, neque fortassis efficaciora, neque vniuersis iustis omnino secuta. Alia prouidit Deus dilectis suis sanctitatis præsidia, mortificationem, obedientiam, virtutum exercitationem: quibus facilius, securius, & naturæ nostræ accommodatiùs, poterunt ad perfectionis fastigium peruenire. Illud verò primum summo pere curandum est, vt scilicet quisque, vel consolationibus delinitus, vel desolationibus probatus, diuinum beneplacitum in omnibus ad se pertinentibus concupiscat; inquiratque omnium virtutum perfectionem, & cordis puritatem. Ioannes in sua illa admirabili Apocalypsi audiuit vocem magnam tamquam tubæ ad bellum prouocantis, quia vox Dei, quam in secreto orationis audimus, ad bellum contra vitia, & affectibus inordinatos, nos prouocat, & ad victoriam de hostibus nostris reportandam instigat. Non oramus Deum, neque ipse nobiscum loquitur, vt inutilem sermonem misceat, sed vt nos in virtute instruat, & ad bona opera loquendo per-

A moueat. Semel enim loquutus est Deus, hoc est, ita firmè, & certò, vt suum verbum irritum fieri non possit. Et duo hæc audiui quia potestas Dei est, & tibi, Domine, misericordia, quia tu reddes vnicuique iuxta opera sua. Vt audiendo, Domine, & contemplando summam potestatem tuam timeam, & immensam misericordiam tuam diligam, & diligendo ad bona opera assurgam, & præmium, semper permanentem, sperem. Hunc finem igitur vitæ contemplatiuæ amator sibi præscribat; priusquam ad officia contemplationis accedat, ne mille erroribus pateat, & inutiliter meditandi, & orandi laborem assumat.

Illo scopo, ac sine ante oculos præstituto, amator vitæ contemplatiuæ, amator etiam silètijs sit, & propriæ cellæ habitator assiduus. In ea libenter commaneat, tamquam in tutissimo mentis receptaculo, neq; inde exeat, nisi aut obedientia iubeat, aut fraterna charitas, aut iusta necessitas exire compellat. Studium enim orationis animam quietam requirit, à curis, ac negotiis auulsam, ne cogitationes ex istis rebus exorta eam turbent, atq; confundant. Quamdiu animus permixtus est turbis (inquit Laurentius Iustinianus) & in multitudine fluctuantium volutatur, nec vacat soli Deo, nec segregatus est à vulgo. Propterea, o anima, quæ per orationem, & contemplationem Deo vacare decreuisti, esto sola, hominum consortia fuge, tumultuosas mortalium cõuersationes deuita vt illi soli te sola serues, quem ex omnibus elegisti. Custodiat itaq; anima illud Domini præceptum, quod Ihsaie voce dilecto sibi populo seruandam proposuit.

C Vade populus meus, intra in cubicula tua, claude ostia tua super te, abscondere modicè ad momentum, donec pertrãseat indignatio. It populus Dei cum à turbis & negotiis secularibus in adyta monasterij discedit, intrat in cubicula sua, cum cellam à turbine curarum separatam colit, claudit ostia, cum cogitationes, & desideria mūdana, nequaquam intrare permittit. Vel (vt Gregorius ait) cubicula ingredimur, cum secreta mētis nostræ intramus; ostia autē claudimus, cum desideria illicita cõercemus. Absconditur etiã populus Dei, cum (vt ait Hieronymus) nihil gloriæ mūdane causa facit, sed fruitur bono cõscientiæ, & solum iudicem expectat Deum. Hoc præter anima contemplatrix, ingrediatur cœnobium, vt in cella tamquam in sepulchro maneat, vt ianua cordis cunctis reb; creatis ocludat, vt indignationem Domini, quæ in distractos, & loquaces cellitas minuitur, aufugiat. Amet solitudinem, vt ea tacens, & hominum frequentiam deuittans, Dei consortium mereatur. Hæc autē solitudo (vt clariùs istud documentum explicemus) duplex esse debet, altera exterior: altera interior. Exterior quidè, qua religiosus prudenter onera occupationum externarum vitet, & in cella solus delitescat, eam diligens tamquam centrum, in quo quiescat, tamquam locum deliciarum, & paradisum voluptatis, in quo purissimam voluptatem inueniat. Illud sancti Iob tota cordis exultatione decætet. In nidulo meo moriar, & sicut palma multiplicabo dies. Nam re vera dies cellæ multiplicatur, cum viliter in cultu Dei, in emendatione propria, in edificatione proximi, & non in rebus inutilibus, cõsumuntur. Hæc exterior solitudo animi candorè, munditiemq; cõseruat, quæ inter occasiones videndi, audiendi, & loquendi, innumeris periculis est exposita. Mētis tranquillitatè efficit, dum curas, & distractiones amadat cor nostrum corroborat, dum à multis negotiis, in quibus erat diuisum, recolligit, & vni, scilicet cõtemplationi, & amori Dei totum tribuit, & idoneum reddit, vt vocè Domini audire valeat. Deus enim in solitudine loqui ad animam cõsuevit, sicut promissit per

Psal. 61.
12.

Laurent.
Inß. in li.
gno vitæ,
tract. de
orac. c. 5.

Ihsa. 26.
20.

Greg. 4.
m. c. 24.

Hier. lib
7. in Ihsa.
26.

Iob. 29.
18.

Ahor. 9.
8.

Luc. 8. 39.

Apocal. 1.

Ofia. 14.

Ecclef. 10. 1.

Iud. c. 1. 12.

Toren. 3. 44. Hier. lib. 2. in Thr. c. 3.

Amb. lib. de fuga. sacul. c. 5.

Exod. 34. 1.

Oseam, dicens: Ducam eam in solitu dine, & loquar ad cor eius. Ita tamen huic externae solitudini quilibet sit addictus: ut instante Prælati mado, aut charitate fratru postulante, eam promptè & alacriter deserat. Imperium enim prælatorum, aut charitatis officia debita, ob silentium, & cellæ amorem, detrectare, hominis est admodum imperfecti: Interior verò solitudo, quæ multò magis est necessaria, & omnibus vitis spiritualibus obseruanda proponitur, in hoc sita est, si contemplatiuis inanes cogitationes abiciat, inutilia desideria reuellat, & omnè amorem creaturarum deserat; & discat interius silere, & se mundum, & illibatum à rebus visibilibus custodire. Hæ quippe sunt muscæ morientes, quæ perdunt suauitatem vnguenti: Hæ sunt nubes sine aqua (hoc est, sine aliqua utilitate,) quæ à ventis circumferuntur. & solis iustitiæ lumen impediunt, quorum caligine Dominus indignatus ad se orationes nostras venire non sinit. Sicut dictum est per Ieremiã: Opposuit nubem tibi, ne transeat oratio. In quem locum Hieronymus ait: Nubes opposita orationi videtur, cum caligine quadam, & nubilo cæcitatatis, mens obuoluitur, ne radio diuinæ contemplationis illustrari mereatur. Silentium ergo, & solitudo exterior, & præcipuè interior, sollicitè tenenda est, ut sponsi casti, & verecundi fruamur amplexibus, & eius sapientiæ plena percipiamus alloquia.

Effectus iam religiosus, cellæ, silentij, solitudinis que dilectio. vterius in hoc itinere progrediatur, & propriam animam mortificationis beneficio purificet, atque actiue vite laboribus, omnes prauos affectus, & vitia mortificet. Quia sicut vas immundum, & plenum veneni, nisi prius mundetur, & euacuetur, pretiosum liquorem non capit, ita anima fedata imparis affectibus, & vitis male olentibus imbuta, non poterit thesauros orationis, & diuinos afflatus comprehendere. Speculum infectum, & maculatum, pulcherrimam alicuius sponsi faciem nõ refert: quo pacto mens passionibus turbida, vitis inquinata, faciem Christi speciosissimam representabit. Si ergo vis, o anima, in cælum consideratione & amore conscendere, linque terram, te sua memoria, & affectione vincentem, quia non poteris hic manere, & illuc tēdere. Confringe catenas rerum creatarum, hoc est, desideria, & amores earum, ut libera atque expedita valeas tantum iter conscere. Vide quo pacto te moneat magnus pater Ambrosius. Transi sicut Moyses, ut videas Deum Abraham, Isaac, & Iacob, & videas visum magnū, sed si videre vis, solue calceamentum pedum tuorum, solue omne vinculum iniquitatis, solue vincula sæculi, relinque calceamentum, quod terrenum est. Idem Iesus sine calceamento, auro, & argento Apostolos destinavit, ne secum terrena portarent. Dominus quidẽ secundam Moysi legem daturus, iubet illi: Præcide tibi duas tabulas lapideas instar priorum, & scribã super eas verba, quæ habuerunt tabulæ, quas fregisti. Antea Dominus tabulas præcidit, Dominus ipse dolauit, & legẽ digito suo conscripsit, secunda autem vice dolatas, & præcisas tabulas à Mose postulauit, ut in illis suã voluntatem scriberet. Quid hoc? Nisi, quòd Dominus in illo aureo innocentie statu primi parentis, potentias, & affectus sine villo labore composuit, ut diuinæ voluntatis notitiam, & cælestes consolationes, quasi insculptas, & caratas reciperet: At in isto statu planè ferreo, in quo regnat peccatum, vult nos tabulas, id est, potentias, & affectiones nostras, mortificatione polire, ac læuare, ut lucem demissam cælitus, & purissimos amoris amplexus valeamus accipere. Quia autẽ hæc mortificatio à multis con-

templatiuis abest, ideo nomẽ tenent, sed re, & veritate contemplationis carent, nec Christi solatia, & consolationes possident. Optimè enim dixit Bernardus. Non consolatur Christi infantia garrulos, non consolatur Christi lacrymæ cachinnantes, non consolatur panni eius ambulantes in stolis, non consolatur præsepe & stabulum, amantes primas cathedras in synagogis, sed æquanimiter forte vniuersam hanc consolationem expectantibus in silentio Dominum, lugentibus, pannosis, pauperibus cedere videbuntur. Anima igitur seipsam emundet, supram intellectum & effectum desiderij tertenis euacuet, ut cælestis luminis, & diuinatum consolationum sit capax. Anima namque saturata portis & aliis Ægypti, calcabit fauam, esuriens autem, & harum rerum vacua, etiam amarum pro dulci sumet, dum in ipsis lacrymis incredibilem experietur dulcedinem.

Non sufficit autem animam à vitis & impuris affectionibus emundari, nisi etiam virtutibus, tamquam candidissimis vestimentis, & gemmis pretiosissimis exornetur. Quemadmodum enim, qui regi terreno affant, & mundi sunt, & ut aula regiam decet conuenienter induti, sic animæ, quæ Deo in aula contemplationis assunt, ultra munditiam, pretiosum virtutum ornatum debent magna auditate conquirere. Pueri Hebræorum, qui in aula barbari regis erant ministraturi, bone Deus, & quam apti, & decori futuri fuisse memorantur! Et ait rex (dicit Scriptura) Asphenez proposito eunuchorum ut introduceret de filiis Israël, & de semine regio, & tyrannorum pueros, in quibus nulla esset macula, decoros forma, & eruditos omni sapientia, cautos sciẽtia & doctos disciplina. Si ad seruendū terreno regi, & barbaro, & idololatæ, tanta requiruntur naturæ dona, quid in nobis desiderandū est, Domine Deus meus, Rex Regum, & Domine dominantium, ut assistamus tibi, seruiamus tibi, & familiaritatem tecum, ac necessitudinem habeamus? Sanè existimo non satis esse, ut simus de semine regio, quod gratia nos tibi gratos faciens, & diuinæ naturæ consortes, exhibet neque ut vitiorum & inordinatarum passionum maculis careamus, nisi etiã virtutis decor, sapientiæ lumen, circumspectionis donum, & disciplina pulchritudo, nostram mentem perseueranter circundent. Istæ virtutes sunt, ut magnus Ecclesiæ Doctor Thomas Aquinas docet, quæ contemplationis impedimenta remouent. Contemplatio namque, aut impeditur passionum vehementia, aut occupationum tumultibus, quæ in corde nostro strepentes internum silentium ad orandum, & contemplandum omnino necessarium, inturbant. Virtutes autem passionum vehementiam cohibent, & actionum exteriorum tumultus, & clamores sedant, quare mirum in modum ad contemplatiuam vitam disponunt. Quod si ipsæ affectionum immoderatione, & distractione occupationum liberant, cetè nos omni ex parte purificant, ut mundi effecti, Deum sapientiæ oculis videre possimus. Visio enim Dei solis mundis corde, est in Scriptura promissa. Nam Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Et rursus alio loco. Pacem sequimini cum omnibus, & sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum. Quamuis autem vniuersæ virtutes sint ad hanc vitæ præparationes necessariae, sed inter omnes obtinet primum locum humilitas. Hæc est fundamentum aliarum, sine qua, qui virtutes congregat (ut ait Gregorius) quasi in ventum puluerem portat, & vnde aliquid ferre cernitur, inde deterrit cæcatur. Hæc est, quæ in alto positos, hoc est, iuxta Deum in contemplationis culmine constitutos, stabilis, ne in su-

Bern. ser. 5. in nat. Domini.

Proph. 27. 7.

Daniel. 2. 3. & 4.

Matth. 5. 8. Hebr. 12. 14.

Gre. hom. in Euag.



perbiam miserabiliter corruant, & à Domino, qui superbium Angelum sustinere nõ potuit, cum indignatione pellantur. Quare summopere omnibus virtus spiritualibus amplectenda est, sed illis præcipue qui ad diuinam familiaritatem aspirant. Nam excessus Dominus, & humilia respicit, hoc est, oculis misericordie videt, & caelestibus benedictionibus dicit: superbis verò sua beneficia denegat, quia alta à longè cognoscit.

Psa. 137.
6.

Post acquisitionem tandem virtutù diuina præsentia exoptanda est, & facies Domini eximio conatu, & contentione, quæreda, ita vt huius vitæ festator in omnibus suis operibus dicere possit: Viuit Dominus in cuius conspectu sto. Nemo enim eius consuetudine vititur, quæ absentem esse cognoscit. Vnde qui Deum intus in animo præsentem non cogitat, haud quaquam poterit eius conuersatio lætari. Hæc iugis cogitatio Dei mirum est, quàm efficaciter animam ad contèplationem disponat. Quod certè Dominus per Zachariam euidenter expressit. Reuerfus (inquit) sem ad Sion, & habitabo in medio Ierusalem; & vocabitur Ierusalem ciuitas veritatis, & mons Domini exercituum, mons Domini sanctificatus. Reuertitur enim Dominus ad Sion, cum miseris animæ, suæ præsentia, & assidua memoriæ, ei desiderium immittit. Habitat in medio Ierusalem, cum iugem sui memoriam, diu desideratam, concedit, & se tamquàm in medio cordis habitantem videre permittit. Tunc vocabitur anima ciuitas veritatis, & mons sanctificatus, quia ad notitiam veritatis, per contèplationem effertur, & quasi templum Domini, in quo cultus eius viget, constituitur. Laboret itaque anima in adipiscenda ista memoria Dei, qua & timorem diuinum conseruans, & charitatem accendens, & iudicem omnium cogitationum, & operum astantem, & prospicientem considerans, nihil noxium, nihil vanum, aut otiosum admittet. Rebus autem vanis purgata, & creaturis vacua, Domini cogitatione sincerissima, & purissimo amore replebitur. Sex ergo collegimus adiumenta vitæ contèplatiuæ. Primum ex parte Dei, nimirum eius vocatio, qua nonnullas animas, imò & plarimas, ad hoc vitæ genus misericorditer trahit; quinque verò, ex parte nostra, non sine gratia, atq; adiutorio Dei. Ista autem sunt; puritas intentionis; amor silentij, & quietis; cura mortificationis; exercitatio virtutis; & assidua memoria Creatoris: sine quibus frustra enitetur quis interioribus studiis perseveranter intendere, & vitam contèplatiuam sine intermissione possidere.

Zachar.
8. 3.

De officiis vitæ contèplatiuæ.

CAPVT XXXI.



His adiumentis mens nostra disposita, ac præparata, poterit fructuosè vitæ contèplatiuæ officiis intendere. Quæ omnia Beatus Thomas Aquinas, more scholastico, partim docedo, partim obiectionibus satisfaciendo, collegit. Huiusmodi autem sunt verbi Dei auditio, librorum spiritualium lectio: sacrarum literarum studium; rerum ad animam illuminandum, & perficiendum scriptio; diuinorum officiorum auscultatio; vocalis oratio, quæ horis canonicis, aut Sacrificio Missæ, aut alia quapiam oratione perficitur; & tandem exercitatio mentalis, quæ in cogitationem, meditationem, orationem, contèplationem, & affectum voluntatis diui-

D. Thom.
2. 2. q.
180. art.
3.

Asa, prolixam satis nobis materiam, suo loco scribendi, subministrat. Ista omnes functiones animæ, vitæ contèplatiuæ sint propriæ, ab amore Dei debent incipere (vt idem Beatus Doctor ait) & in eodem amore terminari. Hic namque diuinus amor, est omnis vitæ spiritualis principium, & finis, quare, quæ ab ipso non incipiunt, vel in ipsum amorem non tendunt, ad vitam contèplatiuam, quæ spiritualis vitæ pars est, haud quaquam spectabunt. Harum functionum animæ, quatuor priores, nempe, rerum sanctarum auditio, lectio, studium, & scriptio, animam, vt sciat quò tendere debeat, illuminant: diuinorum officiorum auscultatio mentem recreat, vocalis oratio exercet, & ad diuinum lumen recipiendum disponit: Cogitatio vocat, meditatio inuestigat, oratio impetrat, contèplatio saltat, & voluntatis affectu Deo nos coniungit, ac copulat. Verbum Dei auditum mouet, lectio docet, studium illustrat, scriptio lucem studio acquisitam perficit, vocalis oratio præparat, cogitatio colligit, meditatio eleuat, contèplatio mundat, & affectus mentem Deo infert, ac rebus diuinis assimilat.

D. Tho. 2.
2. q. 1. 80.
art. 1.

Bauditio verbi Dei est, cum prædicatores, aut alios de rebus spiritualibus loquentes, attentè atque humiliter audimus, eorumque sermones, vt ad res diuinas afficiamur, aure cordis percipimus. Quæ actio Mariæ, id est, vitæ contèplatiuæ est, & ided sedens secus pedes Domini, audiebat verbum illius. Audiunt contèplatiui verba diuina, non vt intellectum curiositate pascant, non vt quæ audierint, vanè corâ aliis effundant, non vt loquendo, quæ non faciunt, scioli appareant; sed vt audita custodiant, & operatione perficiant; quia scriptum inueniunt: Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. Custodire, operari est, & virtutù exercitacione proficere. Vnde Bernardus. Sic serua sermonè Dei, quomodo melius seruare potes cibum corporis tui. Nã & ille panis viuus est, & cibus mentis. Panis terrenus dum in arca est, potest à fure tolli, potest à mure corrodi, potest vetustate corrumpi; vbi verò comederis illud, quid horum timeas? Hoc modo custodi verbum Dei, Beati enim, qui custodiunt illud. Ergo trahitur in viscera quadam animæ tuæ, trahat in affectiones tuas, & in mores tuos. Comede bonum, & delectabitur in crassitudine anima tua. Ne oblitiscaris comedere panem tuum, ne exarescat cor tuum, sed adipe, & pinguedine repleatur anima tua. Si sic verbum Dei seraueris, haud dubiù quin ab eo serueris. Breuiter explicat finem, & fructum auditio- nis verbi Dei, Ad hoc auditur, vt seruetur, ad hoc verò seruetur, vt ipsum nos à malo custodiat.

Lucæ. 10.
39.

Lucæ 11.
28.
Bern. ser.
5. de ad-
uentu
Dom.

Isaia. 55
2.

Clectio est, cum sanctarum scripturarum paginas, aut sanctorum doctorum libros euoluimus, non solè, vt sciamus, sed vt spiritu proficiamus, & Dei voluntatem intelligentes, eam opere exequamur. In hoc quippe lectio ab oratione secernitur: Num cum oramus (inquit Augustinus) ipsi cum Deo loquimur; cum verò legimus, Deus nobiscum loquitur. Ita ergo legendum est, ac si Deum ipsum præsentem, & nos erudientem audiremus. Et sic illum lectionis fructum colligemus, quem idem pater Augustinus statim exposuit, cuius hæc est oratio. Geminum cõfert donum lectio sanctarum Scripturarum siue quia intellectum mentis erudit, seu quia à mundi vanitatibus abstractum hominem ad amorem Dei perducit. Labor honestus est lectionis, & multis ad emundationè animi proficit. Sicut enim ex carnalibus escis alitur caro, ita ex diuinis eloquijs interior homo nutritur, & pascitur. Sicut psalmista ait: Quam dulcia faucibus meis eloquia tua Domine, super mel, & fa-

August.
ser. 112.
de tempo-
re.

Psal. 118.
103.

uum ori meo.] Sed ille beatissimus est, qui diuinas Scripturas vertit in opera.] Vt autem ex lectione istud emolumentum percipiamus, non debet esse festina, sed lenta: non continua, sed oratione interrupta, non humi repens, sed ita, vt in meditationem assurgat. Erit lenta, & quieta, si ex ea non tam scientiam quam affectum queramus, non tam intellectum erudire, quam voluntatem a malo subtrahere, & ad bonum incitare. Erit interrupta, si, cum volumus accipimus, non tantum lugere, sed etiam orare intendamus. Vnde Bonauentura ait: Hauriendus est saepe de lectionis serie affectus, & formanda inde oratio, quae lectionem aliquando interrumpat. Hoc modo diuina lectio confert intelligentiam salutarem, & scientia, quae pro virtute despicitur, per virtutem postmodum melius inuenitur.] Erit eleuata, si quod legimus, non leuiter attingamus, sed attentè & profunde consideremus. Adhibet Hugo apertissimum huius eleuationis exemplum. Cum legimus, declina a malo, & fac bonum.] Accedit (inquit) meditatio lectioni. quare dixit prius; declina a malo, & postea, fac bonum? Causa, quia nisi prius mala recedant, non adueniunt bona. Ratio, sicut prius mala germina eradicantur, postea plantantur bona. Item, quare dixit, declina a malo? Quia in itinere occurrunt. Item, declina? Quia ubi fortitudine resistere non possumus, consilio, & ratione declinando euadimus. Item declinamus mala, vitando materiam peccati, vt pro superbia diuitias; pro incontinentia abundantiam, pro concupiscentia speciem carnis; pro inuidia & contentione vitam, amorè possessionis. Hoc est declinare. Itè, si quemadmodum omne malum declinandum praecipitur, sic omne bonum faciendum iubetur. Et sicut, qui non omne malum declinat, sic, qui non omne bonum facit, reus est. Sed si sic est, quis non est reus? Ergo ab omni malo declinare iubemur.] Optimus sane legendi modus, quo veritas legitur, & eius pulchritudo desideratur. Qui ita, spiritualis lectionis cibum capit, vt quae legit, ruminet, & attenta meditatione consideret, parum quidem leget, hoc est, non multas paginas euoluet, sed lecta in propriam substantiam affectus transmissa, non paruum ex lectione fructum percipiet.

Stadium est, cum sacras Scripturas addiscimus, aut alias scientias ad eius intelligentiam necessarias coparamus. Quare Augustinus, vitae contemplatiuae ministeria pertractans, sic ait: Eligant sibi partem meliorem, vacent verbo, inhiant doctrinae dulcedini, occupentur circa scientiam salutarem.] Sed habemus firmiorem sacrarum literarum, cui adhaereamus, sermonem. Sapientia scribae (inquit Ecclesiasticus) id est, sapientis, seu legis doctoris, in tempore vacuitatis percipienda est, & qui minoratur actu, hoc est, a vitae actiuae operibus elongatur, sapientiam percipiet. Nam qua sapientia replebitur, qui tenet aratrum, & qui gloriatur in iaculo, stimulo boues agitat, & conuersatio in operibus eorum, & enarratio eius in filiis taurorum? Profecto nulla. Nam istae externae occupationes, licet valde necessariae, a contemplatione animi auocantes, scientiae acquisitionem non admittunt. Imò, & ipse Diuinus spiritus, contemplatiuorum vitam describens, non potestremo loco scientiae studium collocauit. Sapientiam (inquit) omnium antiquorum exquiret sapiens, ille scilicet, qui officium exercitia posthabens ad diuinorum contemplationem anhelat; & in prophetis vacabit. Narrationem vitiorum nominatorum conseruabit, & in versutias parabolarum simul introibit. Occulta prouerborum exquiret, & in absconditis parabolarum conuersabitur.] Quid enim est scripta

A antiquorum euoluere, prophetarum praedictiones addiscere, Sanctorum expositiones percipere, parabolarum obscuritates, ac sensuum mysticorum arcana inuestigare, nisi scientiam studere, & intelligentiam ab ignorantiae caligine liberatam, & intelligentiae lumine decorare? Hoc excellentissimo addiscendi labore homo vtilissimè tempus consumit, & mirificè suam naturam perficit, quae cum sit rationis capax, rationis operibus ad debitam sibi dignitatem euehitur. Hoc praestantissimo officio sibi ipsi consulit, dum, quae sunt ad vitam, secundum praescriptum virtutis transigendam necessaria, cognoscit, & bono aliorum prospicit, dum ad alios iuandos, & instruendos aptus efficitur. Licet autem omnis scientiae conuulsio, quae amore veritatis addiscitur, & in humanae vitae eruditionem ordinatur, vitae contemplatiuae possit attribui, sed praecipue studium sacrarum Scripturarum, primum in hoc genere, & nobilissimum locum obtinet. Nam Scripturae sunt a Deo ipso sapientiae fonte dictatae, in finem aeternae felicitatis ordinatae, Christi Saluatoris nostri mysteriis repletae, cogitatione rerum caelestium, & arcanorum cellissimorum plena, omnium aliarum scientiarum dominatrices, & ad hoc, vt nos doceant, hortentur, consolentur, & exaudient instituta. In his addiscendis religiosi suas curas ponant & secundum praecipuum Domini, Scripturas scrutentur, in quarum obseruatione verè putant se vitam aeternam habere.] In his euoluendis sua solatia constituent, ita vt possint illud Machabaeorum dicere: Habentes solatio sanctos libros, qui sunt in manibus nostris.] Ab his tamquam ab ipso sermone Dei, bene sancteque viuendi normam accipiant, & ita eis vacent, vt quae didicerint, in actus suos, moreque transfundant. Ab his tandem remedia omnium suarum necessitatum accipiant. Optimè enim dixit Origenes: Et tu ergo, si verbum Dei, quod in Ecclesia praedicatur, tota fide, tota deuotione suscipies, fiet tibi ipsum verbum, quodcumque desideras. Verbi gratia, si tribularis, consolatur te, dicens: Cor contritum, & humiliatum Deus non spernit.] Si letaris pro spe futura, cumulat tibi gaudium, dicens: Letamini in Domino, & exultate iusti.] Si iracundus es, mitigat te, dicens: Desine ab ira, & derelinque indignationem.] Si in doloribus, sanat te, dicens: Dominus sanat omnes languores tuos.] Si paupertate cõsumeris, cõsolatur te, dicens: Dominus alleuat de terra inopem, & de stercore erigit pauperem.] Sic ergo manna verbi Dei reddit in ore tuo saporem quemcumque volueris.] Miserrimum est sanè, eos religiosos, qui literis vacant, hanc vtilissimam, & praestantissimam scientiam digito dei exaratum, & Sanctorum Patrum lucubrationibus explicatam, relinquere, & alijs studijs semper insistere, quae aut inutilia sunt, aut si vtilia, tamquam instrumenta ad intelligendas sacras literas debent ordinari.

B

C

D

E

Scriptio est, cum res spirituales, aut ad spiritum ordinatas, quae nostrae, & aliorum eruditioni deserviant, literis consignamus. Vnde bene Dionysius Richelius ait: Scribere nobile est monachi inter corporalia opus, quatenus, qui linguis praedicare, & docere nequimus, libris conscriptis legentes adificemus, atque praedicandi eiusdem materiam relinquamus.] Qui sapientiam, quam didicerunt, literis tradunt, meritò illud sapientiae sibi possunt arrogare. Quam sine fictione didici, & sine inuidia comunico, & honestatem illius non abscondo.] Neque obstat, quod in Ecclesiaste scriptum est. Faciendi plures libros nullus est finis.] Hoc enim non ideo

dicitur.

Tho. 2. 1. 80. 1.

10.

11.

ser. lo ad. 18.

55.

112. 112. 112.

118.

Bonauent in spec. Discip. p. 267.

Hugo li. bello de moditat.

Eccles. 38. 25.

Eccles. 39. 1.

Ioann. 5. 39.

1. Mach. 12. 9.

Orig. ho. 7. in Exo.

Psal. 50. 19.

Psa. 31. 11.

Psal. 36. 8.

Deut. 7. 15.

Psal. 112. 7.

Dionys. li. 1. de vita & sine soliar. art. 1.

Sap. 7. 13.

Eccle. vlt. 12.

dicitur, quia labor scribendorum voluminum sit inutilis, sed quoniam sicut intellectus humanus nunquam veritatis inquisitione satiatur, ita nunquam a scribendo cessabit. Librorum ergo scriptio non habet finem: nam quamdiu Ecclesia durabit, non deerunt viri diligentes, & docti, qui libros scribant, & suarum meditationum memoriam posteris tradant: & habet finem, quia ad eruendam, elucidandamque veritatem, vel ad affectus promouendos dirigitur. Vel si alium intellectum sententia huius exoptas, accipe à Gregorio Episcopo Neocæsariensi, illo quidem insignium operum patratore, qui ita interpretatur. Cæterum verborum multorum nulla est utilitas, nec tibi vir, amice, auctor fuero, ut ea, quæ minus conuenit, inutili opera confcribas, ex quibus præter inanem laborem, nihil commodi percipiatur. Non ergo scribendorum librorum omnis labor reiicitur, sed inutilium rerum scriptio damnatur.

Auscultatio diuinorum officiorum est, cum viri spirituales horis canonicis, & aliis Ecclesiæ canticis reuerenter interfunt, quo ad diuinum amorem excitentur, & in desideria rerum cælestium effræntur. Quæ ex occupatione, quantam, tum in suauitatem, tum utilitatem magnus ille pater, & magistrorum magister Augustinus perciperet, ipse in hunc modum cum Domino colloquia miscens, declarat: Quantum fleui in hymnis, & canticis tuis, suaue sonantis Ecclesiæ tuæ, vocibus commotus acriter: Voces illæ influebant auribus meis, & eliquabatur veritas tua in cor meum, & ex ea fluuabat inde affectus pietatis, & curtebant lacrymæ, & benè mihi erat cum eis. Cassianus verò hunc fructum exaggersans, manifestè dicit sanctos etiam cultores, cum psalmodiarum cantibus præsentibus aderant, in extasim rapi solitos, & ingenti diuini amoris igne succendi. Nulli gemitus (inquit) nulla suspiria, etiam adstantes impeditura promuntur, nulla vox absque sacerdotis prece concludentis auditur, nisi fortè hæc, quæ per excessum mentis claustra oris effugerit, quæque insensibiliter cordi subrepsit, immoderato scilicet atque intolerabili Spiritus feruore succensa: dum ea quæ ignita mens in semetipsa non præualeat continere, per ineffabilem quemdam gemitum ex intimis pectoris sui conclauibus, euaporare conatur. O vti nam nunc tanta præparatione religiosi ad chorum accedent, tanta attentione, & reuerentia canerent, ut sic à Domino visitari, & ad diuina rapi mererentur, sed cordis nostri tepiditas, & mentis distractio tanta est: ut quo loco Deum placare, & ad nos allicere debuiffemus, ibi ipsum ad indignationem prouocantes, nostra socordia, à cætu, & congregatione nostra repellamus.

Alii actus, qui subsequuntur, intimius ad vitam contemplatiuam spectant. Oratio enim vocalis est, quæ à mentis attentione progrediens, & eadem attentione, & reuerentia comitata, verborum compositione profertur. Nam si orem lingua (inquit Paulus) Spiritus meus orat, (id est, status oris mei, ut exposuit Anselmus) mens autem mea, sine fructu est. Quid ergo est, Oratio spiritus, oratio & mentis? psallam spiritu, psallam & mente: Et meritò quidem hæc vocalis oratio ab Ecclesia immobiliter custoditur, non solum, quia facilius est, & omnibus accommodata fidelibus, adhuc illis, quibus vel propria ruditate cogente, aut negotiis externis impediuntibus ad orationem mentalem aditus præcluditur, verum etiam perfectis viris præcipitur, tâquam valde fructuosa, quia omnium, siue imperfectorum, siue perfectorum corpora à Deo creata sunt, atque ad eò

A equi est, ut cunctorum corpora ipsi tamquam Creatori subdantur, illum interpellent, à quo vitam & incolumitatem accipiunt, eis ob perpetua beneficia, offerant laudationis obsequia. Profectò in cælesti patria, corpora Creatorem sunt vocibus laudatura. Nam exultabunt sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus suis, exaltationes Dei in faucibus eorum. Quæ enim sunt cubilia Sanctorum, nisi cælestes illæ mansiones, in quibus Deum possidendo in æternum exultant? In his mansionibus fauces habent exaltationis plenas, quia ora sua in diuinis laudationibus laxant, & sui creatoris etiam ore carnali, beneficia prædicant. Quod & Iob significat, dicens: Deus non proiciet simplicem, nec porriget manum malignis, donec impleatur risu os tuum, & labia tua iubilo. Quo loco, Gregorius benè ait: Os risu impleri dicitur, & labia iubilo, quia in illa æterna patria, cum iustorum mens in exultationem rapitur, lingua in cantum laudis eleuatur. Qui quoniam tantum vident, quantum dicere non valent, in risu iubilant, quia non explendo resonant, quod amant. Quin & Beatus Augustinus: Quanta erit (inquit) illa felicitas, ubi nullum erit malum, nullum latebit bonum, vacabitur Dei laudibus, qui erit omnia in omnibus? Nam, quid aliud agatur, ubi neque vlla desidia cessabitur, neque vlla indigentia laborabitur, nescio. Admoneor etiam sancto cantico, ubi lego, vel audio: Beati qui habitant in domo tua Domine, in sæcula sæculorum laudabunt te. Omnia membra & viscera incorruptibilis corporis, quæ nunc videmus per vltimam necessitatem variis distributa, quoniam tunc non erit ipsa necessitas, sed plena, certa, seculæ felicitas, proficient in laudibus Dei. Si ergo ibi Deum verbis, & voce laudabimus, æquum est, ut in hac vita, in qua illius similitudinem cupimus, hymnis, & canticis ore prolatis, glorificemus.

Quinque actiones, quæ supersunt, sub oratione mentali continentur. Cogitatio enim est (ut inquit Richardus Victorinus) improvidus animi respectus ad euagationem pronus. Cum scilicet animus sine anticipatione aliqua, sine discursu, & sine mora, quasi in quodam transitu boni alicuius cognitione tægitur, quæ cognitio euestigio dilabitur. Meditatio est, prouidus animi obritus in veritatis inquisitione vehementer occupatus, quæ proprie ad ratiocinationem refertur, cum ex vno nobis noto, aliud incognitum penitus, aut minus notum elicimus. Oratio est, (ut dixit Damascenus) petitio decetium à Deo. Et quidem hæc, ut feruens sit, communiter ex meditatione progreditur. Nā postquam meditatione didicimus, quæ nobis fugienda sint, vel amanda, videntes non posse nos sine Dei fauore, aut malū fugere, aut bonum prestare, ad orationem pro auxiliis impetratio. ne festinamus. Contemplatio est, perspicax, & liber animi contuitus, in res perspicendas, vsque quaque diffusus. Et optimè intuitus vocatur, quia discursu carens ad modum cuiusdam visionis perspicacissime res cælestes intuetur. Hæc omnia ad id, quod postremo loco positum est, tendunt, nimirum ad voluntatis affectum. Omnis namque cognitio, quæ bono aliquo affectu non terminatur, insipida est, & ieiuna. Ad hoc igitur cogitamus bona, meditamur sancta, petimus vtilia, contemplamur cælestia, ut voluntatis affectibus tamquam ignibus inardescat. Ideo mens exercitatione mentali occupata, modò præteritorum peccatorum memoriā compungitur, modò de præsentibus defectibus erubescit, modò quæ in futurum perpetrare potest, exhorret. Iam aduersus passionem suas, & vanos amores indignatur; iam desi-

Gre. N. 6.
com. in
Eccles. ad
finem.

Aug. lib.
9. confess.
c. 6.

Cassia. li.
2. de in-
finitur. re-
num. c. 10

1. Cor. 4.
14.
Ansel. ibi.
ibidem.
15.

Psal. 149.
5.

Iob. 8. 20.
c. 21.
Gregor. 8.
mor. c. 31.

Augu. lib.
22. de ci-
uitate c.
30. ad
Marcel.

Psal. 83.
5.

Rich. 10.
de consop.
c. 4.

Damas.
lib. 3. de
fide c. 24.

derio virtutum allicitur; iam humilitatis, mansuetudinis, fraternæ charitatis, cæterarumque virtutum exercet actiones. Iam amat, iam sperat, iam se ipsam benignissimo Creatori offert; iam omnia sua illi donat; iam gratias agit, iam cum ingenti exultatione se diuinæ voluntati committit. Denique tanta pace interdum, & tranquillitate perfunditur, & tot aliis sanctis affectibus saginatur, vt nullo modo lingua carnis eos possit exprimere. Sed de his affectibus animus est suo loco latissime disputare, si Dominus, qui vitæ & mortis habet imperium, vitam concesserit, & obedientiæ onus scribendi opportunitatem non excluserit. Hæc de actibus vitæ contemplatiuæ non tam expressimus, quam pro necessitate materiæ breuiter prælibauimus.

Quod vita contemplatiua est propria religionum solitariorum, & hi quales esse debeant.

CAPVT XXXII.



ITAM contemplatiuam esse eorū religionum, qui in solitudinibus cænobia ex instituto cõstruxerunt, & à populis elongantur, cuiusmodi sunt, qui sanctorū patrum, Basilij, Hieronymi, Augustini, Benedicti, Brunonis, & Bernardi vestigiis inhaerent, nõ erit difficile comprobare. Ad quid enim hi populorū frequentias fugitant, & occupationū sollicitudines abiciunt, nisi vt sibi ipsis, & Deo intedant, ac more Angelorū diuinis laudibus, & contemplationi caelestium mysteriorum insistant? Omnis enim humana vita, quæ secundum virtutem instituitur, aut in externis virtutis operibus distinetur: aut in internis mentis functionibus occupatur, neque otio consumitur, quod est vniuersæ bonitatis excidium. Cùm ergo istorum religionum vita, operibus externis sit libera, consequens profectò est, vt mentis considerationibus sit addicta. Hoc autem significat Propheta regius in persona cuiuslibet monachorum, dicens: *Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo, & requiescam?* Pericula sæculi videns, ad vitam contemplatiuam vocatus, columbæ pennas ad fugiendum desiderat. Columba autem typus est Spiritus sancti. Quia vidi (inquit Ioannes) Spiritum descendentem quasi columbam de caelo, & mansit super eum. Nimirum super Christum Iesum: pennas autem huius innocentissimæ columbæ petere, quid est, nisi diuini Spiritus gratiam ad fugiendum postulare? Et quod anima his pennis instructa conuolabit, nisi in locum huic nostræ columbæ, cuius sunt pennæ, amicum, nec suæ puritati, & sanctitati minus gratum? Columba (vt ait Rupertus Abbas) sedet supra riuos aquarum: Ducet ergo animam pennis sapientiæ, vbi requiescat iuxta fluentia Scripturarum. Columba nihil viuum comedit, portauit igitur eam plumis intellectus, vbi nihil malè viuū, id est, id quod mundo viuunt, acceptet. Columba alienos pullos nutrit, feret itaque animam in eum locum per donum consilij selectum, in quo alienos filios, scilicet peccatores, qui recesserunt à Domino, precibus, & oratione sustentet. Colūba in petra nidificat, vnde illos, quos deligit, munere fortitudinis in petram extollet, petra autem erat Christus, in cuius vulneribus nidum suum tutissimum collocabunt. Columba grana candidiora colligit, quare animam

A
citra dubium impellet in eam regionem amœnissimam, in qua dono scienciæ grana virtutum candidissima coaceruet. Columba felle caret, eius ergo erit animam dono pietatis ab amaritudine sæcularium curarum auellere, & in loco diuinis amoribus accommodato constituere. Columba gemitum pro cætu habet, igitur vocabit animam in desertum, vbi gemitibus inenarrabilibus Christum exoret. Habitationem his proprietatibus decoratam requirit, qui ad requiescendum, pennas columbæ, quibus volet, exoptat. Quia tamen desiderium pauperum exaudivit Dominus, statim pauper iste penas columbæ deposcens, ingenuè fatetur se fuisse à Domino clementer auditum. Ecce (inquit) elongaui fugiens, & mansi in solitudine. In loco quidem columbæ gratissimo, in quem sæpissime animas columbinam simplicitatem amantes, deducit. Solitudo est, vbi istæ animæ, sacrarum Scripturarum pane nutriuntur, nihil quod mundo viuat admittunt, peccatoribus opem ferunt, Christi vulneribus se meditando ingerunt, virtutum omnium perfectionem comparant, affectus sancti amoris colligunt, & orationibus assiduis suum Dominum interpellant. Sed ad quid, o pauper fugiens te elogasti: cuius causa in solitudine mansisti? Expectabam eum (inquit) qui saluum me fecit à pusillanimitate Spiritus, & tēpestare. Ad hoc sane in solitudine secessit, vt Domini aduentum expectaret, vt liberos suos, omnia mundana continendo, præcingeret, contēplationis lucernā in manibus teneret, & sic esset similis hominibus expectantibus Dominum suū quādo reuertatur à nuptiis. Hęc expectatio Domini, qui solitarios à pusillanimitate liberat, vt magna optare audeat, & à tempestate sollicitudinū eripit, ne eos à quiete contemplationis impediatur, vitam contemplatiuam indicat, quam debet tota suæ mentis contentione sectari. Sicut enim, qui sperat, illud cogitat, illud desiderat, illud loquitur, de illoque interrogat, cuius amore, & expectatione tenetur; ita vita hæc expectatio Domini dicitur, quia omnibus aliis curis sepositis in Deo cogitationes, desideria, affectusque constituit.

Quales igitur futuri sint isti vitæ contemplatiuæ amatores in solitudinibus sub cura prælati, & in consortio fratrum habitantes; licet nos eorū institutum non proficemur, tamen ex his, ad quæ anhelamus, cùm singulis annis per aliquot dies curas deponimus, & in locum remotum secedimus, vt fordes peccatorum nostrorum lacrymis diluamus, & Deum pro modulo nostro contemplemur, possumus vtrumque coniectari. Proposito namque ante oculos prædicto huius vitæ fine, in cuius adeptione omnes suorum laborum nernos intendunt: à procuranda quiete, non solum corporis, sed multò magis mentis, huius institui iter incipiunt. Quies corporis est, vt in vno loco, scilicet in cella, aut in eremo solitarij quiescant. Quies verò mentis, vt omnem turbationem, omnem curam, omne desiderium, omnem rei creatæ memoriam à se remoueant, quasi nihil esset in mundo nisi solus Deus, quem sunt intentissimo feruore cordis amaturi. Ista quies est veluti officina, in qua ars contemplationis addiscitur, & omnium virtutum actus exercentur. Nam corpus per varia loca discurrens, sensus euagantes, & animus curis, desiderijq; distractus, qua ratione poterit suum contuitum in res caelestes desigere, & ad virtutū possessionem festinare? Iure optimo Beatus Ephrem magnus ille Ecclesiæ Edissenæ Diaconus, quieti mentis laudem magisterij virtutis ascribit. Inter alia enim, sic inquit. Posside autem, & mētis tranquillitatem, atque quietē, frater, pro muro munitif.

lino:

Psal. 54.
8.Psal. 54.
9.Luc. 12.
36.Ephrem.
lib. de pa
nencia,
et con
pant.

4. Reg. 2.
11.

lino: Nam quies superare te faciet passiones tuas: tu enim de loco superiori pugnans, illa autem de loco inferiori. Acquire igitur cum timore Dei quietem, & non nocebunt tibi quemcumque tela inimici. Nam quies cum timore Dei coniuncta, curus igneus est, in cœlum possessorem suum efferens. Fidem illius tibi faciat Propheta Elias, qui quietem ac timorem Domini amans, assumptus est quasi in cœlum: ô quies monachorum profectus! ô quies scala caelestis! ô quies via regni cœlorum! ô quies compunctionis mater! ô quies penitentiae conciliatrix! ô quies peccatorum speculum, quae homini sua scelera, atque delicta ostendis! ô quies, quae lacrymas nequaquam impedis! ô quies mansuetudinis procreatrix! ô quies humilitatis contubernalis, ac socia! ô quies, quae ad pacificum statum hominem perducis: ô quies timori Dei coniuncta, quae menti tamquam fenestra lucem infers! ô quies cogitationum inspectrix, & discretionis adiutrix! ô quies omnis boni genitrix, ieiunij firmamentum, & gulae impedimentum! ô quies orationis, sacraeque lectionis vacatio! ô quies cogitationum serenitas, & tranquillitatis portus! ô quies animae securitas! ô quies iugum suavis, & onus leue, reficiens portansque portantem te! ô quies animae, ac cordis læticia! ô quies oculorum, & aurium, linguaeque sanum! ô quies procacitatis intemptrix, & impudentiae inimica! ô quies pietatis, ac religionis mater! ô quies passionum carcer! ô quies omnis virtutis cooperatrix! ô quies voluntarie paupertatis hospita, & amica! ô quies Christi ager fructus optimos proferens! ô quies diuino timore coniuncta, munus, ac propugnaculum decertare cupientium propter regnum cœlorum!] Haecenus Beatus iste pater recensuit tranquillitatis commoda. Ea verò sublata, vniuersa ad Deum contemplantum necessaria, funditus euanescent. Sicut enim fons aquae turbidus, non exprimit rerum iuxta positarum imagines; tranquillus autem ac quietus omnia tam propè quam longè posita, ut arbores aquae propinquas, & solem, lunam, & stellas distitas repraesentat: ita mens inquieta nihil aptè cogitat, sed propriae turbationis obscuritate tabescit: pacata verò, & quieta, tum quae iuxta sunt, hoc est, se ipsam, & suas miseras, imbecillitatesque considerat, tum quae longè sunt, id est, superna Dei dona, à quibus abest, agnoscit, & istorum causa desiderii inardescit, illorum autem gratia in fletu lacrymarumque resoluitur.

Quietem corporis, & mentis, cura affligendi carnem, & castigandi corpus subsequatur. Ad hoc enim sancti patres desertum petierunt, sibi que solis remoti vixerunt, ut hunc virtutis hostem, vigiliis, ieiunationibus, flagris, genuflexionibus, stationibus, & aliis corporis castigationibus spiritui subiugarēt. Et valde absurdum est loco deliciarum nuncium remittere, & ad statum penitentiae, & afflictionis conuolare, ut quis cibo, & potui, & somno indulgeat, & liberius quam in saeculo suis cupiditatibus seruiat. Christus Saluator noster ductus est ab Spiritu sancto in desertum, numquid, ut corpus immaculatum opiparis cibis, & pretiosis vinis immoderatè reficeret? Non, sed, ut quadraginta dierum ieiunio conficeret, & fortiter aduersus hostem veternosum pugnaret. Numquid Ioannes Baptista in eremum secessit, ut mollicium vestimentorum, & saeculi delicias haberet? Non sed ut cilicium de pilis camelorum indutus; & zona pellicea praecinctus, & locustis, ac melle syluestri refectus, omnem mundi gloriam, & dignitatis ambitum conculcasset. An Pauli, Antonij, & Hilariones, & (ut accommodatiùs ad rem nostram loquar) an Hieronymi, Benedicti, & Brunones, soli-

Matth.
4.1.Matth. 3.
4.

A tudinum antra incoluerunt, ut otiosam vitam ducerent, & nullo se laborum genere fatigaret? Non sane, sed ut orationi intarent, & magnis afflictionibus se castigantes, mundi voluptates irridere, & corpusecula sua in obsequium Christi, prolongato martyrio, crucifigerent. Ita & nunc sapientes cenobitae, se in monasteriis abscondunt, quò saluatorem suum, & sanctos imitantes, & corpora sua, voluntaria castigatione cohibentes, ea sacrificia immaculata offerant, & hostias acceptabiles efficiant. Elias nobilissimus solitariorum pater, in quo ab Ochozia rege cognoscitur: Equidem existimo, quia in habitu penitentiae, atque in veste villosa, & hirsuta. Cum enim interrogasset Ochozias, cuius figure & habitus esset vir ille, qui nuntium illi mortis immitteret, & audisset, vir pilosus, & zona pellicea accinctus renibus, statim eum ex vestimenti vilitate, & asperitate cognouit, dicens: Elias Thebiticus est.] Hoc fuit indicium patris, sit etiam & filiorum insigne. In ieiunio, in cilicio, in vigilia, in facie pallida, & macilenta monachos vniuersi cognoscant. Non decet filios, nouas & inusitatas vestes, & inusitata ferula in desertum inuehere, & parum cibos, & indumenta despiciere. Corporis castigatio vna est ex duabus aliis, quibus contemplatiuorum oratio in cœlum erigitur, & ad thronum Domini aditum reperit. Vnde Bernardus: Duas alias habeat oratio nostra, contemptum mundi, & afflictionem carnis, nec dubium, quin cœlos penetret, & dirigatur, sicut incensum in conspectu Dei. Erit enim gratum sacrificium, & acceptabilis oratio nostra, in qua cum auro, & thure, fuerit etiam & myrrha, quae licet amara sit, tamen perutilis est, & conseruat corpus, quò d mortuum est propter peccatum, ne desitens in vitium, putrefiat.] Oratio his alis destituta, quid faciet? amore saeculi, & deliciarum pondere praegravata, quid poterit? Non dubito, quin praetrepiditate humi repetet, & nihil, aut parum à Domino scrutatore cordium impetrabit. Sanctus Iacob, cum è domo sui patris egreditur, & in Mesopotamiam vxoris accipiendae gratia proficiscitur, in itinere vitam asperam duramque sectatur. Nò amiciebatur vestimentis pretiosis, nec vesceretur cibis delicatis, qui votum vouit, dicens: Si fuerit Deus mecum, & custodierit me in via, per quā ego ambulo, & dederit mihi panem ad vescendum, & vestimentum ad induendum, erit mihi Dominus in Deum.] Nò dormiebat in molli culcitra, nec caput blando cervicali sustentabat, nec in terra iacens, & lapides supponens capiti suo, sine vlla molestia dormiuit. Et quod fuit huius corporeae afflictionis emolumentum? Certè quoddam vitae spiritualis scalam, in cœlum vsque protensam conspexit, Angelos ascendentes, & descendentes vidit, Dominum scalae innixum considerauit, verba eius audiuit, largam bonorum promissionem accepit. Hunc ergo patriarcham solitarii imitentur, si patriam, parētes, & amicos, opes, & dignitates, amore spoliatae, hoc est, sanctae perfectionis deseruit, & Angelorum Domini que conspectum, eiusque benedictionem optet accipere. Illi primi eremitae sub Marci Euangelistae disciplina militantes, quorum institutum Philo disertissimus Iudaeorum in libro de vita contemplatiua describit, hanc parcitatem, quam diximus, secū, rigoremque seruabant. In cibatu (inquit ille) videtur pane simplici, sal vicem supplet obsonij, qui deliciae tiores sunt, hyssopum pro condimento adijciunt, potum è fluentis hauriunt, contenti placare dominas naturam mortalibus additas, famem sitimque, absque omnibus lenocinijs, fruendo rebus, sine quibus non licet viuere. Edunt igitur, ne esuriant bibant, ne sitiant,

4. Reg. 1.
7.Bernard.
ser. 3. in
Epphanina Do.
mini.Genea. 18.
20.Philo de
vita con-
templ.

tiant, saturitatem cauendo, vt inimicā animo pariter ac corpori. Et quoniam tegminis duae quoque sunt species, vestis tectumque, de ædibus iam dixi esse incultas & extemporaneas factas ad præsentem vsum tantummodo, in veste autem eadem apparet simplicitas ad arcēdos calores, & frigora, pro pelliceis crassa tunica in hyeme, æstate verò exomis, aut interula lineas in vniuersum enim exercēt modestiam, vt fontem veritatis. Et cætera.] Hac vitæ simplicitate, & austeritate, quam Philo cōmemorat, ad matutinā vespertinamque precationem therapeutā, hoc est, Deicultores, parabantur, & ad assiduam sacrarū Scripturarum lectiōem reddebantur aptissimi. Quos in his sequi debet, qui eisdem mētis exercitationibus iugiter voluerit insistere. Prudētia tamen in afflictatione corporis tenēda est, & feruor spiritus carnis imbecillitati accommodandus, ne ante tempus fatigata succumbat. Nam (vt inquit Sanctus Leo Papa) cū Apollolus dicat: Carnis curam ne feceritis in desideriis, non ea nobis interdīta intelligimus, quæ saluti congruūt, & quæ humana possit infirmitas, sed quia nō omnibus desideriis seruiēdū, nec quidquid caro cūcupiscit, implēdū est, de adhibendo tēperatiā modo admonitos nos esse cognoscimus, vt carni, quæ sub animi est cōstituta iudicio nec superflua cōcedamus, nec necessaria denegem.] Afflictio corporis hac dīcretionē cōstita, nō solū per totā vitā facile durabit, sed nos etiā ad mētales exercitationes aptos efficiet.

Animo, quietis præsidio, & corpore, austeritatis beneficio purgato, iam monachus omnes horas diei & noctis, quas parco cibo, moderato somno, & aliquatula quieti subtraxerit, in mētales occupationes distribuatur, & vnicuique horæ congruam occupatiōnem assignet. Hoc tēpus mentalis oratio sibi vendicet, hoc psalmodia, & oratio vocalis vsurpet, hoc spiritualis lectiō teneat, hoc studiū sacrarū Scripturarū assumat. Sic hora, in qua se solitarius examinet, in qua beatā Virginem omnium mortalium partem, exoret, in qua Sanctos, quibus dies sacer est, inuocet: Nūc in aliquo opere manū labore, deinde, quæ legerit, in proprio, aut aliorum vsum scribat, postea, quæ scripserit, corrigat, & emēdet, & nullū tēporis spaciū otio & socordia prætermittat. Hanc exercitiōriū distributionē ita mordicus teneat, vt eā sine clara necessitate, aut euidenti vitilitate præterire, velut crimē existimet. Ipse Sol, & lux, & Luna, & stellæ, diem noctemque illuminantes, sint testes, quia cū singulis horis p̄sum mentalium exercitiōrum persoluētē inueniunt, & numquā, aut tamquā desidiōsum, aut tamquam incōstantem, inertē, aut leuitatis increparūt. Cellula ipsa testimoniū ei stabilitatis, & sanctæ solitudinis præbeat, & strenuū militem omni hora, proprio armorum genere præliatē, collaudet. Angelus uisiditæ deputat̄ gaudio perseueratiæ eius illectus, ei orati, psallēt, & legēt, ac præscriptis occupatiōnibus lab orati, alacriter assistat. Sanctissimus Dionysius Richelius, Carthusiensis ordinis gemma pretiosa, & amplissimum omnium solitariorum exemplar, quod ipse faciebat, in hunc modū literis mandatū reliquit.

Dionys. lib.
1. de fine
vite
solit. ar.
20.

Itaque quoniam animæ vires, & actus, multi diuersiq; sunt, & tempora æquē distincta, temporibus aptanda sunt, opera singulisq; horis sunt exercitiā debita danda, vt dum psallendi tempus est, psallamus, dum meditandi, meditemur, dum operandi, operemur, dum plangendi, plāgamus, dum vigilandi, vigilemus, dum dormiendi, dormiamus, dum surgēdi, surgamus; dum vescēdi, vescamur, dum egrēdiēdi, egrēdiamur, dum includendi, includamur, dum silendi, sileamus, dum profandi, effemur, dum disciplinādi, discipline-mur, dum orandi, oremus, dum lætandi, lætemur, dū

A abstinēdi, abstineamus. Hoc enim modo omnia nostra honestē ordinatēq; fient. Ista inuolabili internarum occupatiōnū serie, monachus sensim ad mētis immutabilitatē perueniet, eamque interiorē serenitatem acquirēt, qua ad lucem cœlestē suscipiēdam aptus efficietur. Huius lucis præsidio sæculum illi amarefcer, mūdāna fastidiet, & virtus ac puritas mentis dulcescet. Desideria sua, nō iā in diuitiis, nō in honoribus, nō in corporis voluptatib; sed in omnium istorū despectione, atque in cruce Christi, cōsistuet. Quæ desideria opera tandē subsequētur, vt mūdāna contēnat, cœlestia diligit, creaturarū obliuiscatur, Dei tantum, & suæ voluntatis exequendæ, recordetur. Animos sentiet, quibus vitia prosternat, seipsū vincat, virtutes acquirat, amore ardeat, ac totus in Dominum trāsformatus, euadat omnino perfectus. Ecce nō solitarius audax solitarios admonui, & nec dum in actiua vita instructus, cōtemplatiuū instruxi; sed mihi profectō ignoscendum est, qui nō superbia tumēs, sed desiderio aliorum perfectionis, & operis integritati prospiciens, hanc prouinciā admonendi vitam contemplatiuam agēs, suscepi.

Nō grauabor autem, quos meis verbis edocui, lētētia prolixiori Prosperi Episcopi Rhegēsis, quæ omnia suprā dicta cōprehēdat, erudire, vt tati patris auctoritas huic argumento sinē imponat. Vita cōtemplatiuæ sectator (inquit) ad cōditōrē suum corde illuminandus accedat, ipsi cōtemplādo, atque infatigabiliter perfruendo, vigilatē inseruiat, ipsum iugiter cōcupiscat, præ amore eius omnia, quib; inde potest auerti, refugiat, omnes cogitationes suas, ac totā spē ex illius dilectione suspēdat. Literarū diuinarū sacris meditationibus vacet, in his se diuinitus illuminat̄ oblectet. Ibi se totū velut in speculo quodā refulgēte consideret, quod in se prauū deprehēderit, corrigat; quod rectū est, teneat, quod deforme, cōponat, quod pulchrum, excolat, quod sanū, seruet, quod infirmū, assidua lectiōe corroborēt. Domini sui præcepta infatigabiliter legat, inexplēbilitē diligit, effaciter impleat, & quid sibi cauēdum, quid uide fectādū sit, ex eis sufficiētē instructus agnoscat, mysticis earū diuinarum Scripturarum perferutandis insillat, Christū promissum legat, representatū videat, prophetatā perditionem populi contumacis intelligat; impleri luceat; de salute gētū gaudeat, ex præteritis, quæ prædicta sunt, & impleta teneat, futuris promissionib; credat. Ab strepitu negotiorū sæculariū remotissimus ea seruet̄ excogitet, quibus animum suum in desiderium future remunerationis inflāmet. Studiis spiritualibus, quibus in dies singulos melior fiat, inuigilet; amet otium sanctū in quo exerceat animæ suæ negotiū, mortuum sibi deputer mūdum, ac se mūdi blandientis illecebris exhibeat crucifixū. Delectationibus speculatorum præsertim incōparabiliter anteponat sui Creatoris intuitū. Semper se proficiente successu in fastigiū diuine cōtemplatiōis attollat, numquā, ne ad momētum quidē à promissionibus futuris considerādis auertus, ad terrena respiciat, eō acie mētis inde sinēt̄ intēdat, quod peruenire desiderat. Beatitudinē vitæ future ante oculos animi sui proponat, & diligit, nec metuat ali quid tēporale, nec cupiat, nec aut metus dimittēdæ, rei temporalis, aut cupiditas acquirendæ intēctiōne mentis eius emolliat. Non eum blāda corrupat, nec aduersa cōcutiat, nō inflet opinio secunda, nec sinistra deiciat, nec falsa vituperatio, siue laudatioaugeat gaudia eius, aut minuat. Nō gaudeat de tēporalibus omnino nec luceat. Inter læta inuictus ac tristitia, vnā faciem animo cōstātī obtineat, nec pectoris eius stabilē firmitatē, quidquid promittit mūdus, aut

B

C

D

E

Prosper. 1.
de vita
contempl.
c. 8.

minatur, excutiat, sed idē semper, ac sibi similis per-
seuerans, mūdi huius damna, simul & lucra nō sen-
tiat. Et, cūm hæc, & his similia contemplatiuæ vitæ
desiderio affectus impleuerit, nō se hic iam ex parte
omni perfectum, sed perficiendum in illa beata vita,
quæ futura est, immobiliter credat; atque ad eādem
se, vbi Dei substantiam reuelata facie videre possit,
extendat. Nihil aliud à solitatio potest requiri, qui
post tantarum virtutum merita, se indignū reputat,
& seruum infructuosum existimat, & ad perpetuam
felicitatem, tamquam ad fontem suæ societatis
anhelat.

*Vitam contemplatiuam etiam pertinere ad
religiosos scholares omnium religionum,
qualesque à Prelatis optentur.*

CAPVT XXXIII.

PRÆTER monachos solitariam vitam
agentes, quos doctrina superior instru-
xit, sunt etiam in omnibus religionibus,
adhuc gratia excolendarum animarum
instituti, qui vitam contemplatiuam, vtrūque ample-
ctantur, atque sectentur. Hi autem sunt religiosi
scholastici, qui curriculo nouitatus emenso, literis
vacant, & intellectum scientiarum adeptione, perfici-
unt. Licet enim, si finē inspiciamus, cuius causa in
literarum studium incumbunt, manifeste comperia-
mus eos esse vitæ mixtæ professores, quia media ex
sine naturam sortiuntur, & isti studendo in finē vi-
tæ mixtæ festinant, tamen substantia functionis ipso-
rum vitæ contemplatiuæ est, cū tota posita sit in in-
dagatione, & contemplatione veritatis. Non ergo
erit abs re eos in hoc loco erudire, quo contemplatiuæ
vitæ naturam, perfectionemque tractamus, & qualis
futura sit ipsorū virtus, breuiter enotare. Vt autem
sui instituti professionem intelligat, & puritatem ei
congruam comparare studeant, hanc suorū studio-
rum & lucubrationum regulam sibi præfigant. Cūm
literas discō, arma præparo, quib⁹ sim operarius ido-
neus, & miles strenuus ad præliandum bella Domi-
ni. Hæc regula semper ante religiosorum scholarium
oculos obueretur, eam iugiter meditentur, attentē
considerent, eique studiorum suorum annos accō-
modent, quam hoc ferē modo percipient.

Non omnia armorum genera cunctis militibus,
neque cunctis præliis sunt accommodata: sed hæc arma
istis militibus sunt vtilia, illis verò sunt inutilia,
& nocua, & huic modo præliandi sunt aptissimi verò
nōlla ratione conueniunt. Pastor Dauid accin-
ctus gladio Saul, cepit tētare si armatus potest in-
cedere, cūmque nō polleret, deposuit arma regis iniqui,
& baculo suo, quem semper habebat in manibus, ac
quinq; lapidibus lapidissimis in pera collectis,
processit aduersus Philisthæum, & his infirmis armis
munitus, turrim illam carneam expugnauit, deiecit,
vicit, atque prostrauit. Ecce militē strenuum, & ani-
mosum, quodam armorum genere impeditum, alio
verò mirabiliter ad vincendum adiutum, & qui gla-
lea, & clypeo, & ense Saul, risui esset hosti, baculo, &
pera fuit ipsi formidini, ante cuius conspectū stare
nō potuit. Rex etiam, qui ad bellum nauale gladiis
& lanceis triremes impletet, & tormenta aenea, pul-
uerem tormentarium, & ferreos aut lapideos globos
sperneret, nō sibi victoriā, sed sui & omnium suo-
rum pararet exitium. Nam hostibus tormentorū vi-
gniticos globos, accensalque faces iactantibus, nauigia
his machinis vacua soluentur, aquis obruerentur,
& milites, enses, iaceas, clypeosque gestantes, nullo

A negotio perirent. At contra, in duorum singulari
certamine scutū & ensis, & alia huius generis arma
requiruntur, machinæ autem, & tormenta bellica
inutilia censerentur. Vide, quo pacto diuersum bellū,
aut ex toto, aut ex parte dissimile genus armorum
exposcit. Hoc ergo bellum, quod religiosi literis, ac
scientiis tamquam armis quibusdam facturi sunt, nō
corporale est, sed spirituale, nō visibile, sed inuisibile,
quod aduersus aereas potestates, aduersus omnia
vitia mundanorum, atque peccata suscipitur. Nō est
enim nobis colluctatio (inquit Paulus) aduersus car-
nem, & sanguinem, sed aduersus principes & pote-
states, aduersus mundi rectores tenebrarum harum,
contra spiritualia nequitie in caelestibus. Scientiæ
igitur religiosi necessaria (id est, arma hinc dimica-
tioni apta) non carnalia & mundana sunt, sed spiri-
tuales & caelestes, oportet, ita vt possint dicere illud
eiusdem Apostoli, Arma militiæ nostræ nō carnalia
sunt, sed potentia Deo ad destructionem munitio-
num, consilia destruentis, & omnem altitudinē ex-
tollentem se aduersus scientiam Dei. Scientiæ illis
perutilis ea est, quam Dominus profugo ire fratris
sui Iacobo Patriarchæ donauit. Dedit illi (inquit) sci-
entiam Sanctorum. Scientiam nempe, non solum san-
ctarum rerum, sed quæ iustis, perfectis, ac sanctis cō-
ueniat. Talem scientiam religiosi perdiscant, talem
scientiam suis studiis lucubrationibusq; conquirat.

Sed cupiunt audire scholastici religiosi, quæ sit
scientia carnalis, atque mundana, bello spirituali pa-
rum vtilis, quæ verò spiritualis, & sancta huic dimi-
cationi proficua. Breuiter huius duplicis sciētie qua-
litates vnde ignoscantur, accipiant. Scientia carnalis
est scientia superba, & ambitiosa, quæ in teneris an-
nis, & in principio religiosæ vitæ, iam ad primas se-
des, ad cathedras, ad pulpita, & ad prælationes aspi-
rat. Est scientia inuida laudis alienæ, ac condiscipu-
lorum ingenio, & profectibus marrens, quæ opinio-
ni ac laudi proeectorum inuidet, subtilitatē & di-
gentiam æqualium contemnit, minorum imperi-
am, & ruditatem irridet, & sola ab omnibus lau-
dari, & in vniuersorum ore versari studet. Est scien-
tia curiosa nimis, nihil querens, nisi quæ intellectus
intemperantiæ satisfaciunt, & ostentationi, ac plau-
sus deseruiant, non quæ fratrum saluti proficiant. Il-
lud Pauli consilium obliuiscens: Stultas autem qua-
liones, & genealogias, & contentiones & pugna-
legis deuita, sunt enim inutiles & vana. Est scientia
magno errore decepta, quæ totam mentem, totum
desiderium occupat, totum tempus vsurpat, nihil or-
tationi, nihil mortificationi, nihil aliis muneribus
obediētiæ derelinquit. O quanta deceptio, o quanta
ignoratio, o quanta insipientia orationis & occupa-
tionum ab obedientia imūctarum, spacia præcidere,
& in studium, & sciētie acquisitionem commutare,
ac si in illa tota hominis beatitudo consisteret. Est
scientia arrogans, & procax, & inuerecūda, seipsam
exaggerans, nouitates conseruans, magistros ac præ-
ceptores parui pendēs, & aut minus subtiles, aut ni-
mis scrupulosos accusans. Est sciētia libertatis amans,
obseruantiæ inimica, relaxationis cupida, quæ disci-
plinam fugit, mortificationem timet, seniorum mo-
nitiones auertatur, regulas, vt non seruet, interpretatur.
Est tandem non sapientia de sursum descen-
dens, sed terrena, animalis diabolica. Hæc est scien-
tia carnalis, venenum virtutis, pestis carum reli-
giosorum, initium rixæ, mater contentionis, origo
superbia, fons heresum, & proeectorum omnium vi-
tiorum. Istam scientiam non odit Diabolus tam-
quam hostem, imò tamquam amicum, & sortorem
diligit, quæ decipiet ignorantēs, persequetur bonos,

1. Reg. 17.
39. etc.

Ad Eplo-
sios 6. 1. 2.

2. Cor. 10.
4.

Sapient.
10. 10.

Tit. 3. 9

Iacob. 3.
15.

fouebit impios, & nihil aliud nisi fastum, arroganti-
am, & vanitatem aucupabitur.

Scientia verò spiritualis, contrarias penitus habet
qualitates Est scientia modesta, & humilis, quæ sui
contemptum, proximorum conuersionem, & Dei
laudem concupiscit: Diligenter studet, ita vt suo tem-
pore valeat, poni super candelabrum, sed ipsa, si Deo
ita visum fuerit, magis cupit latere, & esse sub mo-
dio Est charitatis plena, quæ de profectu cõdiscipu-
lorũ gaudet, illos amat, illos reputat, illos laudat, &
si doctiores, aut ingeniosiores habeantur, non mœ-
ret, sed vehementer exultat. Est sapiens, illa addi-
cens, illa in lectionibus, & in libris inquirens, non
quæ luceant tantum, sed quæ profint, quæ deceant
grauitatem, & sanctitatem religiosi status, & quæ
proximos iuuent. Est discreta, & plena prudentiæ,
sciens primo loco obedientiam, secundo orationis
studium, & tertio seipsam constituere: Non est vio-
lenta temporis deprædatrix: sed suis horis contenta,
alias libentissime orationi, & muneribus obedientiæ
concedit. Est ingenua: ac verecunda, quæ nec seipsam
extollit, nec magnum aliquid de se sentit, neque ter-
minos transgreditur ab antiquis patribus constitu-
tos. Est scientia circumspccta, quæ non libertatem,
non priuilegia, non exemptiones affectat: sed in id
semper tendit, vt diligenter regulam seruet, & teneat
disciplinæ censuram. Est denique sapientia de sur-
sum descendens, primum quidem pudica, deinde pa-
cifica, modesta, suadibilis, bonis consentiens, plena
misericordiæ,] & fructibus bonis, non iudicans, sine
simulatione. Scientiæ his conditionibus affectæ sunt
arma spiritualia aduersus acies dæmonum dimican-
tia, quæ infernus timet. & monstra vitorum exhor-
rent. Magis iuuat Ecclesiam Dei vnus religiosus, qui
sanctè, modeste, & circumspcctè scientiis studuit,
quàm mille, qui insolenter se ipsos, & suum honorè
querentes literis vacauerunt, Plures ille vna cõcio-
ne feruenti conuertet, quàm isti mille sermonibus.
Hanc scientiam, ò religiose, perdisce, hanc à Deo
precibus postula, hanc in libris, in lectionibus, in di-
sputationibus habere cõtende, & si eam obtinueris,
arma ad præliandum bella Domini comparasti.

Vt autem ad hanc scientiam spiritualem, & ad hoc
genus sapientiæ cælestis religiosi scholastici perue-
niat, & vt religiosus decet, hoc est, sæculo mortuos,
Christo autem viuentes, literas comparent, illud in
primis necessarium est, ne honorem, ne laudem hu-
manam, ne dignitatem, neue aliquid temporale, sed
solum diuinam gloriam, animarumque salutem sibi
scopum, ac finem præfigat. Illis namque, qui scientiis
student, vel propter seipsos, vel propter vile lucrũ,
vel propter honorem inanem, dicit Bernardus, sunt,
qui scire volunt, eo sine tantum, vt sciant, & turpis
curiositas est. Et sunt, qui scire volunt, vt sciatur ipsi,
& turpis vanitas est. Qui profectò non euadēt sub-
fannantē Satyrũ, & ei, qui eiusmodi est, decantantē,
Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat aliter.

Et sunt item, qui scire volunt, vt scientiam suam
vendant, verbi causa, pro pecunia, pro honoribus; &
turpis quæstus est.] Hac oratione eos carpit, qui præ-
postero fine ad scientias acquirendas accedunt. Sta-
tim autem, quo fine in eas incumbendum sit, hoc fe-
rè modo declarat. Sed sunt quoque, qui scire volunt,
vt ædificent, & charitas est; & item qui scire volunt,
vt ædificentur, & prudentia est.] Horum omnium
soli vltimi duo non inueniuntur in abusione scienti-
æ, quippe qui ad hoc volunt intelligere, vt benefa-
ciant. Denique intellectus bonus omnibus facienti-
bus eum. Reliqui omnes audiant: scienti bonum,
& non facienti peccatum est ei.] Ac si per similitu-

A dinem dicat, fumentum cibum, & non digerenti, per-
niciosum est ei: cibus siquidem indigestus, & qui
non habet bonam decoctionem, malos generat hu-
mores, & corrumpit corpus, & non nutrit: Ita & mul-
ta scientia ingestæ, stomacho animæ, quæ est memo-
ria, si decocta igne charitatis non fuerit, & sic per
quosdam artus animæ, mores scilicet, atque actus
transfusa, atque digesta, quatenus ipsa de bonis, quæ
nonerit, vita attestante, & moribus bona efficiatur:
nonne illa scientia reputabitur in peccatum, tam-
quam cibus conuersus in prauos noxiõsque humo-
res? Sic ille sanctissimus Pater edocuit, quò sine que-
renda sit scientia, & quàm periculosum sit possessio-
ni rei tam pretiosæ bonum finem non adhibere.
B Cui conuiuio Laurentius Iustinianus, dicens: Tunc,
nempe utilis est scientia, cum perducit ad sapien-
tiam, cum diuinitatis radios ostendit, cum verbi
præbet notitiam, cum rectè viuendi mores instruit,
cum ad cælestia contemplanda animum attollit, cum
ad Deum diligendum erudit, cum ad illum quærẽ-
dum & possidendum omnia cordis interiora inflama-
t. Hæc quippe sũt causæ, propter quas quisque sci-
re debet, sine quibus nemo rectè sapit. Ille autè sa-
pit rectè, qui se nescire sciens, gradus scrutatur, per
quos ad verbi ascendant sapientiæ, & in lumine ma-
neat sapientiæ.] Qui itaque mundo valedixerunt, &
pompis eius per statum religiosum renunciarunt, &
iterum se earum rerũ, quas vt vilissimas dimiserunt,
desiderio contaminant, sed solum Dei amorè, suæ
diuinæ voluntatis notitiam, proximorumque salu-
tem in literarum studio conquirant: illud sapietis in
corde habeat, & quotidie à Domino in spiritu humi-
litis exposcant: Da mihi, Domine, sedium tuarum
assitricem sapientiæ, & noli me reprobare à pueris
tuis. Mitte illa de cælis sanctis tuis, & à sede magni-
tudinis tuæ, vt mecum sit, & mecum laboret, vt scia
quid acceptum sit apud te.] hæc scientia est religio-
sus conueniens, quæ in illum eundem scopum tedit,
in quem omnis vita religiosa dirigitur.

Deinde scientiam, vniuersarum virtutum, sed præ-
cipuè cuiusdam eximiæ humilitatis, & modestiæ sa-
pore condiant; sine virtute enim insulsa est, & sine
humilitate intolerabilis. Imò nomine scientiæ est
profus indigna, Salomone attestante: Vbi fuerit su-
perbia, ibi erit & contumelia, vbi autem est humili-
tas, ibi est sapientia.] hinc sapietèr dixit Gregorius:
Vera scientia afficit, non extollit, nec superbientes,
quos repleuerit, sed lamentantes facit. Qua, quisque
cum repletus fuerit, primo loco se scire appetit, &
iam sui conscius, tantò per illa robustius sapit, quan-
tò se infirmum in illa verius recognoscit, atque am-
pliores vias huius scientiæ ipsa ei humilitas aper-
it: dumque imbecillitatem suam conspiciat, ipsa ei
cognitio secretorum sublimium absconditos sinus
pandit; qua cognitione profus subtilior redditur:
quoad occulta rapiatur. Longè ergo à scientiæ veri-
tate discedit, qui de cognitione intumescit, & ex do-
no Dei, vnde se humiliare debebat, inde superbit.
E Scientia sine vsu virtutũ, Ethnicorum est, nõ Chri-
stianorum, quantò minus religiosorum? Et sine hu-
militatis sapore, nihil magnum, aut gloriosum effi-
ciet. Quia Dominus superbis resistit, ne suis conati-
bus aliquid agant; humilibus autem dat gratiam,] vt
quæ aggrediuntur, ad finem vsque perducant. Humi-
litas est, quæ mentem ad secreta scientiarum peti-
pienda disponit. Nã quemadmodum stillicidia plu-
uiarum à verticibus montium desuunt ad concaua
vallium, & quo vales fuerint profundiores, eo me-
lius aquæ abundantiam recipiunt, ita scientiarum
riui ex vertice omnis sapientiæ Christo ad mentes

Ad Ephe
6.12.

Cor. 7.0.

sapient.
2.10.

3. 3. 9

ob. 3.

P/a. 11.0.
10.

Iacob. 4.
17.

Iacob. 3.
17.

Bern. ser.
36. in cãt.

Perfusus
Satyra 1.

Iust. lib.
de casto
comub.
c. 14.

Sapient.
9.4.

Prov. 11.
1.

Greg. lib.
23. mor.
c. 10.

1. Petr. 5.
5.



humiles copiose descendunt, & quod humiliores fuerint, eod copiosius (si cetera paria sunt) unde caelestis luminis irrigantur. Humilitas est, quae scientiam iam adeptam perficit, atque conseruat. Sicut enim aliqui arborum fructus inter cineres, & paleas, & stercorea maturefcunt; sic & scientia inter propriam cognitionem, & sui ipsius despectionem, mirabiliter crescit, & incomparabilem quamdam dulcedinem parat. Omnes eam humilitate inuolutam atque circumdatam suscipiunt, amant, conseruantur, superbia vero & ambitione coopertam, fugiunt, odiunt atque contemnunt. Humilitas tandem est, aqua suauissima, & purissima, quae fortitudine vini literarum enervat, ne (sicut Festus dixit Paulo, licet non recte) multa nos literae ad insaniam conuertant.]O quantos vidimus in publicis academis sub habitu humilitatis, & poenitentiae scientia ebrios, qui se aliquid magnum existimabant, cum nihil essent, qui se procaciter iactabant, inuerecundè suos labores, & ingenij acumen laudabant, & superbe aliis candidatis se praeferebant! Vidimus, & mirati sumus ad quantam inuerecundiam & insaniam, vinum scientiae, non lymphatum, homines, alioqui sapientes, & literatos, perducant. Temperetur itaque charitate, misceatur humilitate, ne vilis sit, & insuauis, ne bibentem extollat, ne alios audientes; aut videtes minus aedificet. Optime enim scripsit Ambrosius. Tunc scientia magna est, & sibi utilis, si charitate humilietur, vt amplius crescat. Temperatur enim à dilectione, vt non satis mera sit, & inebriet scientem, vt se extollat. Sicut enim vinum non temperatum admixtione aquae mentem alienat; ita & scientia superbum facit, nisi fuerit temperata. Omnia enim sola, insuauia sunt, & nocua, quia nec panis solus bene editur, nec reliqui cibi sine admixtione grati sunt, & nocui; idè charitas aedificat.] Scientiam itaque religiosi charitate condiat, humilitate temperent, & omnium virtutum cura circumdant, vt & sibi eam fructuosam, & aliis vtilem, & honorabilem sentiant. Nihil pulchrius sapiente humili, atque modesto, qui sciat modeste de se sentire, qui sciat modeste de se loqui, qui sciat seipsū abscondere, & nihil sciolo superbo, aut fecius, aut inuerecundius.

Rursus, religiosi, qui literis vacat, lectiones, quas audiunt, priuatum studium, quo occupantur, disputationes, quas in eunt, & cetera ad literas pertinētia, ab oratione incipiant, oratione interrumpant in oratione definiat, ab oratione incipiant, ne suo conatu addiscendi frustrentur, & ne illius praesidio careant, qui est scientiarum Dominus, & omnis sapientiae origo; atque principium. Nam si quis indiget sapientia (inquit Iacobus Apostolus) postulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & non impropert, & dabitur ei.] Oratione studium non semel interrumpant, ne subtili rerum consideratione solus intellectus proficiat, & deuotionis affectus interpercat. Et sicut natura prouida, non vni soli corporis membro alimenta comunicat, sed in omnes partes sapienter distribuit, vt omnes debitum augmentum accipiant, ita mens cognitam veritatem, inter intelligentiam, & voluntatem, aequali mensura partiat, vt quae illa cognouerit, haec diligat, & in affectum moris que transformet. Creaturarum namque perfectiones agnoscere, Dei praeccepta, voluntatemque callere, virtutum decorè aspiciere, & neque eum pro beneficio creationis laudare, neque eius iussa perficere, neque suorum donorum pulchritudinem cupere, neque ista ignitis orationibus postulare, animi est irreligiosi, solum splendorem scientiae quarentis, non vero finem scientiae, scilicet propriam, & aliorum salutem exoptantis. Qui

A hoc pacto pro scientiarum acquisitione laborat, similis est illis philosophis quorum meminit Paulus, dicens: Quia cum cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euauerunt in cogitationibus suis, & obsecratum est insipientes cor eorum, dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt.] Sic enim stultus, & insipientes est, qui Deum mirabilem operum causam non laudat, & virtutem, quam agnouit possidere non curat. Tandem, studium literarum oratione perficiant, tum vt fonti lucis, qui eos illuminauit, gratias agant, tum, vt diurnum, aut nocturnum laborem in literis assumptum, ei cuius causa susceptus est, offerant, tum, vt fructum studiorum suorum, id est, animarum salutem, aliquando tandem percipiendum exposcant. Inutilis enim est scientia, quae in addiscente, aut in aliis, aliquid diuinae laudis aut verae virtutis effectum non habet.

Ad haec, praeter istas breues orationes, quae in principio, & medio, & fine studij literarum funduntur, tepus religiosi prolixum habeant sanctis meditationibus, ac contemplationi destinatum, quo, sicut intellectus scientia illustratur, ita voluntas, despectu terrenorum, & diuino amore decoratur. Nec putent se minus profecturos, si vnam, aut duas horas quotidie orationi tribuendas ab studio literarum suffrentur, imò potius sic Deo se oratione, & affectu iungentes, qui fons omnis sapientiae est, & cum eo colloquia miscerent, mirabiliter scientiam cumulabunt. Bernardus sane quidquid in sanctis Scripturis valuit (& multum quidem valuit) quidquid in eis spiritualiter sensit (& mirum est, quam profunda mysteria sensit) maxime in syluis, & in agris meditando & orando se confitebatur accepisse, & in hoc, nullos se aliquando magistros habuisse, nisi quereus & fagos, per iocum, non semel suis fratribus affirmare solebat. Idem ferè in aliorum sanctorum Doctorum gestis scriptum comperimus, quorum vita, non minus oratione, quam lectione, imò multo magis fuit semper occupata. Qui ergo volunt scientiae lucem accipere, ad iustitiae solè, meditatione, & oratione frequenter accedat, quò veritatis radiis inde demissis illustrentur. Idcirco Ecclesiasticus literarum studiosis, ad scientias comparandas merito assidue precandi consiliū proponit. Sapiens (quo nomine sapientiae amatorè intelligit) non solum (inquit) in lectionem librorum, & auditionem doctorum incumbet, & profectorem ad loca remota addiscendi gratia suscipiet, sed praecipue cor suum terat ad vigilandum diluculo, & ad Dominum qui fecit illum, & in conspectu Altissimi deprecabitur.] In hoc profectus suam curam, vigiliamque constituet, vt summo mane, vel potius tempore antelucano ante Dominum omnium effectorem, se ipsum creaturam, scilicet imperfectam, & ignorantem sistat, vt ab eo qui dedit essentiam, scientiam quoque, & rerum cognitionem deprecando postulet, & humiliter rogando, & orando impetret. Aperiet os suum, non tantum corporis, sed multo magis cordis in oratione, & pro delictis suis deprecabitur,] quae scientiae impedimenta, obstaculæque esse noscuntur. Nam in malenolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Iure igitur amator sapientiae delicta, sua deslet, & veniam ab Altissimo humiliter petit, ne aditum luci obstruat, & ianuam cognitioni rerum occludat. Fructus autem orationis tam humilis, tam feruida, tam assidua erit, qui statim subsequitur. Si Dominus magnus voluerit: (& volet quidem, si oportet rogetur) spiritu intelligentiae replebit illum, ita rogantem, & deprecantem, & vt gratias Domino pro collato scientiae beneficio referat, & secundum eius consiliū vitam propriam instituat, & aliis

Rom. 1.
25.A. 1. 6.
24.Amb. in
1. ad Cor.
ad c. 8.Iacob. 1.
5.Guilliel.
Abba. m
eius vita
lib. 1. c. 4.Ecc. 39.
6.Sapient.
1. 4.

Domini

Domini voluntate pandat. Hunc copiosissimū fructū religiosi studētes colligent, si scientiæ orationem assidam, & literis intentam meditationem adiungāt.

Tandem cellam ament, & vt Thomas Aquinas monuit, eam frequenter diligant, si volunt in cellam vinarium introduci. Silentium seruent, inuidias cōmilitonum, ambitiones, & cōtentiones fugiant, aliis cōdiscipulis, illis præcipuè, cum quibus aliqua inest emulationis occasio, libenter se submittant, eos tãquam prouectiores interrogent, & verbis ac factis maiores existant. Sic in prælegendo, in disputando, & in alijs exercitijs literarijs ingenij subtilitatē, & loquendi acrimoniam teneant, vt tamen sui contemptum, & animi modestiam non deserant. Et (vt hanc monitionem perficiam) animi puritatem, non solum, vt scientiæ finem, sed vt præstantissimum sapientiæ instrumentum respiciam. Quod Dionysius

D. Thom. opus. 68.

Dionys. opus. de doctr. Scholast. art. 3.

Cassian. lib. 5. de institut. reuert. c. 34.

Eccles. 1. 33. 34. 35. 36. Sapient. 7. 27.

Psal. 93. 14.

Serius in Mario.

Richeltus elegantissima similitudine expresse. Sicut lux solis (inquit) in vitro recipitur clarius, quam in luto, ita scientia (ceteris paribus) in bonæ, ac innocentis mentis ingenio splendidius inualefcit, & amplius crescit, quam in deprauato Scholasticis dyscoli animo. Nec non & Theodorus apud Cassianum solam animi puritatem existimat, ad sacrarū Scripturarum intelligentiam sufficere. Quibusdam enim fratribus huius tenis sapientiam admirantibus, ipse respondit: Monachum ad Scripturarum intelligentiam pertinere cupientem, nequaquam debere labores suos erga commentariorum libros impendere, sed potius omnem mentis industriam, & intentionem cordis erga emendationem vitorū carnalium detinere: Quibus expulsi, confestim cordis oculi, sublato velamine passionum, sacramenta Scripturarum, velut naturaliter incipient contemplari. Quod non ita prolatum est, ac si Doctorum lectio sit abiicienda, sed, vt religiosi scientiam cupientes intelligant in acquirenda animi puritate plus esse laboris collocandum. Huic enim munditiæ cordis, lumē cognitionis promittitur. Nam sili concupiscens sapientiam, cōserua iustitiam, & Dominus præbebit illam tibi, & Diuitiæ salutis sapientia; & scientia, timor Domini ipse est thesaurus eius. Et, per nationes in animas sanctas se transfert, & in maleuolam animam non introibit. Et iustè quidem sanctis, & mundis corde tantum donum promissum est, æquum est namque, vt Deus, qui docet hominem scientiam, & sapientiu est dux, atque antesignanus, eam potius fidelibus seruis, charis amicis, ac dilectissimis filiis cōmunicet.

Ex his autem, quæ diximus, illorum religiosorum stulticia cognoscitur, qui putant se minus literatos euasuros, si tempus inter studium, & orationem diuidant, si occupationes prælatas oblatas admittant, si modestiam, silentium, sui contemptum, & vniuersas virtutes conseruent. O caritas magna, o ignorantia innumeris lacrymis deploranda, quam iam ratio manifesta deiecit, & nunc euidentis experientia conuincit. An sanctissimus Thomas Aquinas ignarus è schola prodiiuit? Non certè, sed tam eximie sapiens, tam mirabiliter illuminatus, vt statim à disciplina ad cathedram, ab studio ad magisterium summa cum omnium admiratione sit euectus. Et hic tantus Doctor, in ipso statu discipuli, doctissimos nostræ tempestatis magistros excellens, quomodo literis nauabat operam? Num erat ostentator sui? Num erat loquax? Num superbus, suorum condiscipulorū irritor? Non sanè, sed aded silentij tenax, vt Pythagoricam taciturnitatem sibi indixisse videretur, aded, vt condiscipulos eo nomine propemodum in contemptum veniret, qui eum bouem mutum appellabant. Aded humilis, vt numquam suo ingenio, sed diuina

A gratia niteretur. Aded cōtempstor sui, vt inuitus gradum baccalaurei susceperit, & se, vel infimo gradu indignum existimauerit. Aded modestus, vt omnes eruditione superas, neque aliquid sibi boni arrogauerit, neque aliquem quantumuis rudem spreuerit. An Sæctus Bonauentura imperitus ex gymnasio processit? Minimè verò, siquidem emenso studiorū curriculum, statim patrum sententias, non cum laude tantum, sed cum vniuersorū etiam stupore, sit publicè interpretatus. Et, hic, qua ratione se literis tradidit. Tantam manditiā, illis, ac sanctitatem adiūgēs, vt eius præceptor Alexander Halēsis dicere solitus esset: Bonauenturam verum esse Israëlitam, in quo nec dolus appareret, neque in eo Adamus peccasse videretur. An Sanctus Edmundus Cantuariensis Episcopus, indoctus ex ludo literarum exiuit? Nullo modo, imò tam doctus, vt Theologus sapientissimus, & disputator acutissimis haberetur. Hic autem quo pacto in scientias incubuit? Ita sanè, vt illud sibi in alio sensu tribuatur, quod de Megarensibus dictum esse affirmat Hieronymus. Sic studebat discere tamquam semper victurus, & ita viuere, tamquam cras moriturus. Perpetuo, & illo durissimo vttebatur ciliicio, in precibus erat assiduus, & corā imagine Beate Virginis studebat, ita vt simul in codice legeret, & ad omnium matrem preces dirigeret, & nonnumquam in extasim raperetur. An Gregorius Neocælaricus Episcopus (ob miraculorum magnitudinem Thaumaturgus appellatus) infcius, & rudis ex studiis euasit? Certè eum fuisse doctissimum ipsius lucubrationes in Ecclesiasten manifestè testatur: sed tanta fuit eius, tempore suorum studiorū, modestia, rãta pudicitia, ac omnium virtutum amor, vt æqualibus suis graue esset spectaculum, videre adolescentem, qui ornamento temperantiæ caniciem superabat. Tempus me deficeret, si omnes vellè recēdere qui literarum studium cum eximia virtute, & deuotionis feruore coniunxerunt. Et sanè noui ego aliquos religiosos cōtaneos meos, dum in Complurēsi Academia literis operam darem, rãta animi puritate, tanto mortificationis, & humilitatis studio, tanto deuotionis ardore scientias adificere, vt non homines terreni, sed Angeli cælestes esse viderētur, quos modò nō solum viros doctissimos, magistros, celebres, concionatores insignes, sed etiã religionis columnas esse cognosco. Qui, si aliter scientiis studuissent, & ambitioni, ac loquacitati locum dedissent, sine dybio, nec tantam peritiam, nec tãtam dignitatem fuissent adepti. Itaque frater tantum abest, vt virtus & deuotio studium impediāt, quod potius ipsum miraculè augeant, atque perficiant. Quare nō dubites virtutem scientiarum esse adiumentum, & veræ sapientiæ subsidium.

Serius in Lulio.

Serius in Nouemb.

Hier. epi. 11. ad Achern. chã c. 5. ad finem.

Serius in Lulio.

B modo, imò tam doctus, vt Theologus sapientissimus, & disputator acutissimis haberetur. Hic autem quo pacto in scientias incubuit? Ita sanè, vt illud sibi in alio sensu tribuatur, quod de Megarensibus dictum esse affirmat Hieronymus. Sic studebat discere tamquam semper victurus, & ita viuere, tamquam cras moriturus. Perpetuo, & illo durissimo vttebatur ciliicio, in precibus erat assiduus, & corā imagine Beate Virginis studebat, ita vt simul in codice legeret, & ad omnium matrem preces dirigeret, & nonnumquam in extasim raperetur. An Gregorius Neocælaricus Episcopus (ob miraculorum magnitudinem Thaumaturgus appellatus) infcius, & rudis ex studiis euasit? Certè eum fuisse doctissimum ipsius lucubrationes in Ecclesiasten manifestè testatur: sed tanta fuit eius, tempore suorum studiorū, modestia, rãta pudicitia, ac omnium virtutum amor, vt æqualibus suis graue esset spectaculum, videre adolescentem, qui ornamento temperantiæ caniciem superabat. Tempus me deficeret, si omnes vellè recēdere qui literarum studium cum eximia virtute, & deuotionis feruore coniunxerunt. Et sanè noui ego aliquos religiosos cōtaneos meos, dum in Complurēsi Academia literis operam darem, rãta animi puritate, tanto mortificationis, & humilitatis studio, tanto deuotionis ardore scientias adificere, vt non homines terreni, sed Angeli cælestes esse viderētur, quos modò nō solum viros doctissimos, magistros, celebres, concionatores insignes, sed etiã religionis columnas esse cognosco. Qui, si aliter scientiis studuissent, & ambitioni, ac loquacitati locum dedissent, sine dybio, nec tantam peritiam, nec tãtam dignitatem fuissent adepti. Itaque frater tantum abest, vt virtus & deuotio studium impediāt, quod potius ipsum miraculè augeant, atque perficiant. Quare nō dubites virtutem scientiarum esse adiumentum, & veræ sapientiæ subsidium.

C Si ita literis studueris, & cum meditatione operū diuinorum orationis exercitium coniunxeris, imò ex ipso studio literario orationem effeceris, nō dubites te studiorum tempore vitæ cōtemplatiuæ, quietem, & incūditatem acquisuisse. Huius autem vitæ dulcedine delectatus, & amore captus, sat scio optabis vltra non progredi, & ab omni cura, & occupatione sequestratus in hoc modo viuēdi tam quieto, & pacato vsque ad mortē permanere. Sed vltra progrediendum est, & hæc tam tranquilla vitæ desideria relinquenda, neque enim scientia, & virtus tibi donata sunt, vt otiosus & iners maneat, sed vt alijs exemplo, & doctrina proficias. Ad quod Prosperi sententia te alliciat. Ex quo (inquit) videndum est vtrum iustè faciant illi, qui se remouēt ab occupationibus cunctis, ac studijs spiritualibus offerentes, nihil humanæ societati proficiunt; & desideria

Prosper. lib. 3. de vit. contemp. c. 18.

sua commodis omnium praeferentes, vtilitatem A
 communem desideratæ vocationis electione con-
 temnant, cum profecto laborantibus opem ferre
 nolle, cum possis, & communi bono posthabito o-
 tiosa quiete frui, nihil habeat æquitatis: Cui æquita-
 ti, qui feruiunt, omnes omnium bono viuunt, ac ve-
 lut sibi inuicem nati salutem mutuam tuentur, ac
 diligunt.] Dicas ergo hanc vitam exoptans, illud

Augustini: Conterritus peccatis meis, & mole mi-
 feræ meæ agitaneram in corde, meditatûsque fuc-
 ram fugam in solitudine, sed prohibuisti me, &
 confirmaisti me, dicens: Ideo pro omnibus Christus
 mortuus est, vt qui viuunt, iam non sibi viuant, sed
 ei, qui pro ipsis mortuus est.] Et hæc dicens te ipsum
 fauente gratia Dei roboret, onera vitæ mistæ sus-
 cipias.

Aug. 10.
 confes. c.
 vii.
 2. Cor. 5.
 15.



PARS QVINTA.

De substantia, fine, & officio vitæ mistæ, atque de eius præstantia supra alias.



ITAM mistam valde propriam religiosorum esse non tantum Ecclesia sua aucto-
 ritate probat, religiosos ad statum clericalem & ad salutem animarum curandam
 admittens, & Apostolorum professio explicat, quos religiosos fuisse votorum obliga-
 tione constrictos Theologi ex illis verbis: Ecce nos reliquimus omnia, optime colligit,
 sed & ipsa necessitas sacerdotij, & functionum Ecclesiasticarum vtilitas manifeste declarant,
 quibus homines mundo mortui, & à curis sæculi elongati melius & efficacius satisfaciunt. Et ne
 alicui hoc minus certum videatur, visum est nobis huius tractationis initio istam necessitatē, aut
 ingentem vtilitatem religiosorum clericorum (quos vniuersa religiones Ecclesie suscipiunt) de-
 monstrare.

Matth. 19.

Statum clericalem, cuius est vita mista, au- A
 xilio religiosorum indignisse ad salutem
 animarum curandam.

CAPVT XXXIIII.



Is, quæ vitæ contemplatiuæ sunt, bre-
 uiter explicatis, hæc tractationem vitæ
 mistæ institutiones cõplebunt; cuius
 necessitas in cœtibus quoque religio-
 sis, tum ex statu sæculi, tum ex natu-
 ra hominis; tum ex militantis Ecclesie ordine, tum
 denique ex clericorum qualitate cognoscitur. Sæculum
 namque, quod molestissimis tætionibus affli-
 gitur, & assiduis dæmonum bellis impeditur, cum ex
 se fragile sit, & imbecillum, præsidio ducum, & mili-
 tum indiget, quorum industria, & fortitudine à peri-
 culis sibi instantibus, protegatur. Væ terræ, & mari
 (ait in sua reuelatione Ioannes) quia descendit Dia-
 bolus ad vos habens iram magnam.] Quid faciet terra,
 & mare tam immanis hostis impetum & ferociam
 sustinere nõ valens? Cuius malignitas (vt inquit Leo
 Papa) inflamat concupiscentiis, quos non potest
 vexare tormentis: Serit discordias, accendit iras, in-
 citat linguas, & ne ab illicitis dolis cautiora corda se
 reuocent, consummatorum scelerum ingerit facul-
 tates: quia illi totius fraudis hic fructus est, vt qui
 immolatione pecudum, & thuris incensione non
 colitur, quibuslibet ei criminibus seruiatur.] Quid,
 inquam, faciet mundus tam acerbo, & exitioso dæ-
 monis bello circumseptus, si exercitum militum Eua-
 gelicorum nõ habeat, cuius vi hostem irruentem ar-
 ceat, & imminentem calamitatē propulset? Natura
 etiam hominis ea est, vt in quibusdam personis ab
 alio indigeat instrui, & edoceri. Quod aded humane
 naturæ congruit, vt non solum post peccatum, sed

Apo. 12.
 12.

Leo. serm.
 6. Epipha.
 6. 3.

etiam in statu innocentie (Beato Thoma subtiliter
 disputante) reperiretur ista magistrorum, discipulo-
 rumque discretio. Necessè est igitur, vt sint inter ho-
 mines veritatis præceptores, virtutisque magistri,
 qui ignorantes doceant, discipulos in omni virtute, & a
 more sanctitatis erudiant, & quod pusillis deest, sua
 doctrina, & conatu suppleant. Nulla ars (inquit hiero-
 nymus) absque magistro discitur. Etiam muta ani-
 malia, & ferarum greges, ductores sequuntur suos.
 In apibus principes sunt; Grues vnã sequuntur, or-
 dine literato; Imperator vnus, Iudex vnus; Prouin-
 cia, & c.] Quanto magis doctrina virtutis, & ars be-
 nẽ, sancteque viuendi, quæ aliis, tum difficilior, tum
 vtilior, tum excellentior est, magistris, & præceptoribus
 indigebit? Prouidentissime Dominus dedit inter
 homines quosdam quidem Apostolos, quosdã ve-
 rò Prophetas, alios verò Euangelistas, alios autem
 Pastores, & Doctores ad consummationem Sancto-
 rum,] in opus scilicet ministerij huius, quo isti ad
 docendum electi, sibi decretam administrationem
 complet, & corpus Christi, Ecclesiam nimirum mi-
 litantem, ædificant. Tandem Ecclesia hæc, quæ pa-
 triæ est cælestis imago, cum à Deo (vt est in Apoca-
 lypsi) ædificata descēdat, cuius vniuersa opera ordi-
 nata sunt, ordinem habet, vnde, & membrorum suo-
 rum disparitate perficitur. Est enim ordo (vt Augu-
 stinus dixit) partium dispariumque rerum sua cuique
 loca tribuens dispositio.] Hæc autem disparitas in
 statuum, ac ministeriorum diuersitate consistit, quo-
 rum aliqua ad hoc videntur instituta, vt quidam ho-
 mines purgentur, illuminentur, perfectiantur; alia ve-
 rò, vt alij inferiores suos purgent, illuminent, atque
 perficiant. Quare necessarii sunt in Ecclesia purgato-
 res, qui iniquitates lauent; illuminatores, qui tene-
 bras ignorantie dispellant, perfectiores, qui sãcra-
 tis fabricam ad vmbilicum vsque perducant. Operæ-
 pretium est in hac fidelium cõgregatione, sint capita,

Thom.
 2. q. 96. ar.
 3.

Hier. epist.
 4. ad Rom.
 c. 6.

Ephes. 5.
 12.

Apocal.
 2. 1. 1.
 Rom. 13.

Aug. 9.
 de Ciuit.
 c. 13.

qua